inde qz tempus benignitatis et annus plenitudinis
aduenit s̄m quod psalmista dixerat. Tu exurgens
miserereberis syō: qz vēit tēp̄ miserēdi eius. psal. c.ij. cōgrue
chorus laudat et iuocat s̄ctam trinitatem in reiterando ki
rieleyson. Et ideo post introitū et ante collectas dicit. Quo
niā ante omnē orationē necesse est implorare diuinā mise
ricordiā vt eo citius petitū obtineat. Circa quod canticūz
vidēdū est vñ sit institutum et a quo. Secūdo qd significet.
Tercio de ei⁹ efficaci virtute. Quarto quare nonies repli
cet. Quinto quare illud vocabulū ad patrem et ad spūz sanc
tum nō variatur. ad filium vero variat ter dicendo x̄p̄ley
son. Sexto quare alternatim cantat. Septimo quare ordi
natur post officium seu introitū. Quantū ad primū sciēdū
q̄ hoc vocabulū kirieleyson silvester papa a grecis assump
sit ad decantandū in missa. Beatus vero gregorius instituit
kirieleyson nonies. et a clero tātū publice decantari i missa
quod pri⁹ apud grecos tā a clero q̄ a populo decantabatur
vt infra dicitur circa finem capituli. Quantū ad secūdū sci
endū. q̄ kirieleyson s̄m iohannes iannensem i catholicon
sūt due ptes orationis. et nō est vnū nomē cōpositū. Qua
rū priā est kiri. et tantū valet latine sicut dñe. et secūda ps
est eleyson. et hoc tantū valet sicut miserere. Inde kirieley
son id dñe miserere. Ergo guilbermus i rationali dicit. ki
ri id est dñe. ely id est deus. eys id est miserere. son id est nobis
quod tātū sit dictum domine deus miserere nobis. Unde
propheta domine miserere nobis. esto brachium nostrum

in mane. Et vltra notandū est. q̄ kirieleyson est vocabulū
grecū. vbi sciēdū. q̄ in missa audiunt tria ydeomata. sc̄bi
liora. sc̄z grecum. hebraycū. et latinū. Audiunt enī quatuor
dictōes hebrayce. sc̄z osanna. sabaotb. amen. alleluia. Quā
doqz tria verba greca. sc̄z kirieleyson. x̄p̄leyson. ymas. et
quādoqz plura. Letera vero omnia sunt latina. Sed dubi
um est quare specialiter illa tria ydeomata pferuntur et au
diunt in missa et nō alia. Illi⁹ tres rationes ponūtur. Pri
ma qz titulus triūphalis x̄pi erat script⁹ litteris grecis. he
braycis. et latinis iohāis. xix. Secūda causa. qz p̄ has tres
linguas ceterae lingue itelligūtur. quia omnis lingua aut ē
hebrayca aut latina aut greca. vt igitur omnis lingua deū
laudet et confiteatur. quia dominus x̄pus in gloria est dei
patris ad philippen. ij. Ideo specialiter ista tria ydeomata p
feruntur et audiuntur in missa magis q̄ alia. Tercia causa
qz iste lingue inter ceteras sunt principaliores. hebrayca.
qz omnium est mater et prima. Greca ppter sapientiaz. qz
in greca sapientia et philosophie studiū pri⁹ viguit. Etiam
ppter nobilitatem et dignitatem romani imperij latina sibi as
sumitur. Quātum ad terciūm est sciēdū. q̄ magna est hor
verborū efficacia. Legitur enī dum beatus basilius clama
set kirieleyson porte papiensis ecclesie clausē. nullo reserān
te vltra hoc sūt aperte. Rursus dum beatus german⁹ ki
rieleyso clamaret quiqz reges i fugam contersi sunt. vnde
forte kirieleysō significat aliud q̄ dñe miserere quod tñ ig
notam⁹. vel melius dicit q̄ hoc ppter sanctitatē illoz hoīz
factum sit et fiduciam et firmā fidē quā habuerūt i inuoca
tione diuine misericordie clamādo kirieleyson. Ad quartū
sc̄z quare nonies reiterat hui⁹ multe sunt cause. Prima est
alexandri de ballis dicentis q̄ hoc fit vt ecclesia ad nouē or
dines angelorū associata pueniat. Nam de quolibet ordi
ne aliqui ceciderūt et nō supstiterūt: qz nondū erant distic
ti. Secūdū. alios vt ruinas istoꝝ angelorū iplere. valeam⁹
nonies cantat. Secūdo nonies reiterat cōtra nouē genera
peccatoꝝ. est enī peccatū cogitatiois. locutionis. et opis. Itē
peccatū veniale. mortale. et originale. Itē peccatū maligni
tatis seu iu spūm sc̄m. fragilitatis p̄ impotentiam resistē
di quod dicit peccatū in patrē. et peccatū simplicitatis per

ignorantia quod dicit peccatum i filium. Quis ergo noue mo-
dis peccando excedim? rationabile est ut nonnes dei miseri-
cordiam imploramus. Tercia causa sic ponit kiri. signifi-
cat diuine misericordie inuocatione qua noue modis idige-
m9. Prio trib9 modis ad peccatoz remissionem q ppetram9
tripliciter. scz ore corde. q ope. Secundo trib9 modis ad gra-
tie collatoez. scz fidei spei. q caritatis. Tercio trib9 modis
quatu ad glorificatoez qua gaudebim9 supra nos in futu-
ro in deo. scz in tota trinitate. intra nos de glorificatione
sue q corpis. iuxta nos de primis q sanctis angelis. Quar-
ta causa ut noue effectus gre impetremus. q sunt vniuersa-
tio. similitudo. gratificatio. purgatio. pfectio. illuminatio.
excitatio ad bonu. iustificatio. q pmiatio. Ad quatu est sci-
end9 q kirieleyson ter dicit referedo ad patre. xpeyson ter
dicit referedo ad filiu. Tre kirieleyson ter dicit referedo ad
spum sanctum. Dubitat modo quare sub eodem vocabu-
lo dirigitur ad patrem q ad spum sanctum. Et sub alio vo-
cabulo ad filium. Et ratio est ista. qa si idem filius sit esus-
dem nature cum patre q spu sancto. tamen etiam est alterius
nature a patre q spu sancto. cum ipe sit gygas gemine sub-
stantie. qz natura diuinitatis q humanitatis in xpo vnum
suppositu intelligunt. qz deus q homo vnus est xps. iuxta
symbolu athanasij. Idcirco vocabulu illud variat ad filiu9
Quare aut xpus ponitur in medio huius ternarij. Isti9
ratio est: qz ipa est persona media in diuinis. Item qz ipe
habet ratione multiplicis medij. scz gramatici tenentis co-
gnitatem. logici docentis veritatem. rethorici conferentis deco-
rorem. etfici deferentis bonitatem. mathematici abstrahé-
tis dyaboli potestatem. In quibusdam alijs statim post vl-
timu kirieleyson subiungit ymas quod e verbu grecu q so-
nat latine nobis. q est sensus. kirieleyson ymas id est pote-
ria diuina miserere nobis. Ad sextuz dicitur q i primitiua
ecclesia ta a populo q a clero cantabatur kirieleys9. quod
etia nuc ut dicitur de coronatione pape seruat. Sed ppter
disonantiam beatus gregorius ordinauit. q a clericis alter-
nati cantaretur. Ad vltimu dicit q sicut dictu e. officiu sen-
stroitus significat desideriu9 aduent9 xpi in carnem. postq
e9tur kirieleyson vbi aduentus spualis i mente petri. jdeo

dicit kirieleyson id est miserere nobis.

Capitulu. viij. de cantu angelico. scz gloria i excelsis.
q de eis expositioe q quare i missa beate virginis i hoc
catico itezponit sps q alme orphanoz.

Et institutio thelesseri pape mox dicto kirieleyson sa-
cerdos i festiuitatibus cognentibus inchoat ymnuz
angelicu videlicet gloria in excelsis. ymnuz qd an-
gelicu que ageli auditi sut decantari sicut legit luce. ij. Iste
ymnuz angelic9 testimoni9 pibet temporali natiuitati xpi
que sacerdos solus inchoando pnuunciat. qz ortu saluatoris
solus angel9 cui9 psona pibet gerit iudeis. tunc a dextris
positis prio nuciauit luce vbi supra. Ecce euangelizo vobis
gaudium magnu quod erit omni populo. quia bodie natus
est saluator. Circa istum ymnuz prio videndum est quid
representat. Secundo quare immediate post introitu q kir-
ieleyson decantat q quare sacerdos primo incipit q pnuuci-
at. q postea clerus psequit. q quare i medio altaris a sacer-
dote incipitur. Tercio videndum est de expositione totius
ymni quis residua parte coposuerit. Quarto quare in mis-
sa beate virginis interponunt aliqui tropi. scz primo geni-
tus. Quatu ad primu sciendu q illud caticu cantat ad re-
pstantu illud gaudiu quo gausi fuerut angeli i natiuita-
te dñs de humani generis reconciliatoe q de ruine restaura-
tione. Ante natiuitatem enim xpi tres fuerut inimicicaru
parietes. Primus paries fuit inter deum q boiem. Secun-
dus inter angelos q homine. Tercius inter boies q boies.
Homo namqz suum creatorem per inobedientiam offende-
rat: q per suum casum restorationem angeloz ipediuit
q homo ab homine per varios ritus se separauerat. Iude9
naqz cerimonias excolebat. gentilis ydolatriā excercebat.
ritus vnus alteri displicuit. Sed veniens pax nostra fecit
vtraqz vnu. Destruxit eni inimicicaz materiam. q cocur-
rentes parietes in se angulari lapide copulauit. vt de cere-
ro esset vnu onile q vnus pastor. Abstulit ergo peccatum q
reconciliauit homine deo. reparauit casum. q reconciliauit
agelo homine. destruxit tie. q recociliauit homine homini

gaude ad pnu

Restantur ergo s[an]c[t]i apostoli ad ep[iscopu]m. s[ed] que i[n] celis et i[n] ter-
ris s[un]t. Et ob hoc ista celestis milicie multitudo psallebat
gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus iustis et
gentilibus bone voluntatis. Exhinc q[ue] angelus loquitur pa-
storibus. et gaudet satis apparet q[uo]d pax inter homine[m] et an-
gelu[m] est reformata. Nascitur deus homo. ideo pax inter de-
um et hominem est restituta. Nascitur i[n] presepio bovis et asi-
ni. quia pax inter boves et boves e[st] reformata. Per boue[m] eni[m]
indaycus et p[er] asinu[m] gentilis populus designat iuxta illud ysa. s[ed].
Cognovit bos possessore[m] suu[m]. et asinu[s] presepio d[omi]ni sui. Hoc er-
go canticu[m] primu[m] e[st] angelicu[m] et partu[m] humanu[m]. Ad hoc designa-
tu[m]. q[uo]d que[m] angeli venerant i[n] celis. et nos boves veneremur i[n]
terris. Et similiter i[n] hoc designat spes ecclesie. q[uia] vna e[st] cu[m]
angelis speram[us] nos decanturos et laudaturos deum quo-
tidie. unde iam illo[rum] canticu[m] assumimus. Quatu[m] ad secundu[m]
videndu[m] videlicet quare i[n]mediate post introitum et kirieley-
son sequit[ur] gloria i[n] excelsis. Secundo quare sacerdos primo
incipit et pronunciat. et postea deus p[ro]sequitur. Tercio quare i[n]
medio altaris a sacerdote incipit. Ad primu[m] dicitur q[uo]d ut
dictum est supra. p[er] introitum seu officiu[m] et p[er] kirieleyson du-
plex adventus xpi designatur. Post utru[m]q[ue] aut[em] adventus
xpi. sc[ilicet] i[n] carnem et i[n] mentes debet aut[em] homo gaudere le-
ticia sp[irit]uali. et eam exprimer[e] voce vocali quod gloria i[n] ex-
celsis signat. Ideo statim post officiu[m] et kirieleyson sequit[ur]
tur. Ad secundu[m] dicitur q[uo]d sacerdos significat angelum pri-
mo cantante[m]. sed chorus significat illos. de quibus dicitur.
facta est cu[m] angelo multitudo celestis exercitus laudantiu[m] et di-
centiu[m] Gloria in excelsis deo luce. ij. Respondet aut[em] totus
chorus post i[n]ceptum sacerdotis p[ro]pter hoc. ut detur itelli-
gi affectio intensa qua[m] habet ecclesia essendi cu[m] angelis. S[ed]
dicitur ab oibus simul ut unus fiat chorus angelo[rum] et homi-
nu[m] q[uia] tunc boves erunt sicut angeli i[n] celis. Quare aut[em] sacerdos
cavit gloria in excelsis stans ante medium altaris. Huius-
modi tres cause possunt assignari. Prima q[uia] iste ymnus angelicu[s]
fuit dictus ad laudem xpi. Apostolus aut[em] dicit prima ad thy.
q[uo]d mediator dei et hominu[m] est xpus. per cuius mediatione[m] pla-
cati sumus deo. et ergo ille ihsesus xpm mediatorem desig-
nat. Ideo dicitur i[n] medio altaris. It[er]u[m] fit ad comemorandu[m]

illud quod dicit sapientie. xvij. In medio silentii p[er]teret
omnia et nos i[n] suo curia medium iter habere omnipotes
sermo tu[us] d[omi]ne de celo exiit et regalibus sedibus venit. An
designandu[m] ergo q[uo]d xps natus est i[n] media nocte. Ideo dicit
i[n] medio altaris. Tercio hoc representat illud quod angelus
qui primo natiuitatem xpi annuntiavit stetit i[n] medio il-
lorum quibus annuntiavit. iuxta illud luce. ij. Et ecce an-
gelus d[omi]ni stetit iuxta illos. et claritas dei circumfulsit eos.
quare aut[em] incipiat a sacerdote facie versa ad oriente[m]. Dicu[m]
q[uo]d ideo q[uia] iste ymnus ut dictu[m] e[st] cantat[ur] fuit i[n] ortu suo. De
xpo aut[em] dicit Job. Ecce vir oriens nomen eius. Et luce. s[ed].
Visitavit nos oriens ex alto. Consuetudo aut[em] aliquo[rum] reli-
giosor[um] e[st] q[uo]d sacerdos i[n] dextera parte altaris stans intonat
gloria in excelsis. Et hoc it[er]u[m] convenienter fit. q[uia] natiui-
tas xpi plena fuit gaudio et leticia. i[n] cui[us] annunciatioe hoc ca-
ticu[m] ab angelis fuit auditu[m]. iuxta illud luce. ij. Ecce enage-
lizo vobis gaudiu[m] magnu[m]. Quod ea que leta sunt. gaudio
sa et prospera. per dextera[m] designant. aduersa vero seu tris-
tia p[er] sinistra[m] iuxta illud psalmiste. lxj. Cadet a latere tuo
mille et decem millia. et c. Rationabiliter ergo p[ro]biter illi[us]
natiuitatis gaudiose annunciatioe[m] comemoras i[n] dextera p[ar]te
altaris illud canticu[m] intonat. Quatu[m] ad terciu[m] quo ad illius
ymni angelici et humani expositione[m] est sciendu[m]. q[uo]d illud to-
tum canticu[m] prima sui diuisione diuidit i[n] duas partes. sc[ilicet]
i[n] partem angelice decantatam. et parte[m] humanit[er] appositam
Secunda ibi laudat te. Prima pars est bimembris i[n] qua
duo exprimitur. Primo exprimit exultatio angelo[rum] i[n] te-
porali natiuitate xpi. p[ro]pter qua[m] glorificauerunt deu[m] i[n] di-
uinis et i[n] excelsis ratione restorationis angelice ruine cu[m]
dicit gloria in excelsis deo. Secundo exprimit ab angelis ca-
tantibus humani generis cu[m] deo reconciliatio qua[m] tempore
ortus sui p[er] habundantia[m] pacis i[n] terris p[ro]tunc existentem d[omi]ns
designauit. iuxta illud psalmiste. Oriet[ur] i[n] diebus eius iusti-
cia et abundantia pacis psalmo. xlvj. Secunda pars tangit cu[m]
subiungit. Et i[n] terra pax hominibus bone voluntatis. Pri-
ma pars exponit sic vna cu[m] sequente particula. Gloria id e[st]
clara laudis leticia supple sit deo i[n] excelsis. Quod duplici-
ter exponit. vno modo i[n] excelsis id est i[n] angelis qui non

peccauerunt nec inter se discordia habuerunt. Secundo modo in excelsis id est in sublimibus angelorum habitaculis. Et propter hoc euangelista dicit. Gloria in altissimis deo. et sic est sensus istius particule. Gloria est et sic deo in excelsis. id est in cellis et in angelis de angelice ruine reparatione. que facta est per christi natiuitate. Et in terra subintellige sit pax hominibus id est tam iudeis quam gentilibus bone voluntatis id est istis qui christum recepturi sunt et in ipso credituri. et eius mandata obseruaturi. Inter iudeos et gentiles facta est pax per christi natiuitatem. quia christus utriusque partis ritus destruens tanquam in se angulari lapide in unitate fidei ex utraque parte populorum sibi electum copulauit. et gentem sanctam in sanguine suo sibi consecrauit. Secunda pars huius ymni. scilicet laudamus te usque ad finem a beato ylario picauensi episcopo legit fuisse appositam. quia sola prima pars in primitiua ecclesia dicebatur in missa. Innocentius uero dicit ista a thelesforo papa esse addita. Alii a symmacho papa. Et idem instituit quod illud canticum in diebus festiuis apostolorum. martirum. virginum. et confessorum. et generaliter diebus dominicis quam non esset tempus ieiunii et penitentie de beat decantari. ut in hoc recolamus sanctos per dominicam resurrectionem esse angelis associandos. et iam in gloria esse sociatos. Verum quia secundum senecam non quis dicat sed quid dicat attendendum est. Et ideo firmiter est credendum. ea ecclesiasticos doctores composuisse. et a summis pontificibus illas particulas appositas fuisse. ut dicit de consuetudine. prima. Et dicitur illa pars uno modo in duas partes. Primo enim ponitur illud quod pertinet ad laudem sancte trinitatis in communi. Secundo quod pertinet ad laudem cuiuslibet persone in speciali. sibi dominus deus rex celestis. Prima adhuc in quinque secundum quod quinque attribuit trinitati per excellentiam. et secundum hoc ponitur hic quinque clausule. Primo enim attribuit trinitati potentiam. ideo dicimus laudamus te. scilicet ratione potentie bene operantis. Nam tam bene operanti laus debetur. Item attribuit trinitati sapientiam. ideo dicimus benedicimus te. ratione sapientie omnia disponentis. Item prudentiam. ideo dicimus adoramus te. scilicet ratione prudentie omnia sustentis. Item maiestatem cum dicimus glorificamus te. scilicet ratione maiestatis omnibus presidentis. Item bonitatem per excellentiam. ideo

subiungitur. gratias agimus tibi. scilicet ratione bonitatis omnibus exhibite. Et hec omnia facere debemus: quia tu es dignus quod fiant tibi propter magnam gloriam tuam: quia dignus es laudari et benedicere. Deinde ibi dominus deus rex celestis. ponuntur laudes particulas. Primum ponitur laus dei patris ibi dominus deus rex celestis. ubi ostenditur potentia imperialis. Secundo laus filii ibi dominus filii unigenite. ubi ostenditur pietas filii. Tercio laus spiritus sancti. ibi cum sancto spiritu. ubi ponitur bonitas naturalis. Primo igitur dicimus ad laudem patris. dominus deus rex celestis. Nam in ipso est primitas auctoritatis. ideo dicit dominus. Causalitas uniuersaliter ideo dicit deus. Ipse etiam est a quo est omnis maiestas imperialis: ideo dicit rex: quia ipse est rex regum. Felicitas eternalis: ideo dicit celestis. quia ibi sua felicitatem manifestat. Proprietas personalis. ideo dicit deus pater. Proprietas generalis. ideo dicit omnipotens. quasi per omnia potens facere quod non implicat contradictionem. Sequitur. Dominus filii. ubi ponitur laus filii. et quatuor innuntur. secundum quod quatuor modis sibi aliqua conueniunt. Primo conueniunt sibi aliqua ratione diuinitatis. et secundum hoc conueniunt sibi tria. Primo quod deus existit. ideo dicitur dominus deus. Secundo sibi conuenit quod est a patre per modum nature. ideo dicitur filii. Tercio quod procedens totam naturam patris habuerat. ideo dicitur unigenite. Secundo conueniunt sibi aliqua ratione humanitatis. scilicet uniuersalis receptio. ideo dicitur Ihesu quod interpretatur saluator. Secundum est generalis diffusio: ideo dicitur christe quod interpretatur unicus. In christo enim fuit plenitudo gratiarum et unctio. a quo tanquam a capite fluit riuus gratie sicut a fonte. Tercio conueniunt christo aliqua ratione suppositalis unionis vel unitatis nature. scilicet diuine et humane. Quia sicut dicitur in simbolo atbanasi. sicut anima rationalis et caro unum est homo. ita deus et homo unum est christus. Et ex hoc competit sibi quod est deus. Ideo dicitur deus contra arianos. qui dicunt eum esse creaturam. Item quod sit immolatus: ideo dicitur agnus dei contra manicheos. qui dicunt ipsum non fuisse immolatum nec passum. Item quod sit filii patris: contra sabellianos qui dicunt alium filium uirginis a filio patris. Quarto conueniunt filio aliqua ratione sue miserationis quam sunt tria. Primo supplicamus per expiationem peccaminum ibi. qui tollis peccata mundi

di miserere nobis. Secundo p̄ exauditiōe peccati. ibi q̄ tol-
lis peccata mundi suscipe deprecationē nostrā. Tercio pro re-
muneratiōe solaminis ibi. qui sedes ad dexterā patris mi-
serere nobis. Et quoniam supplicātes cōmuniter cōsuerunt
allegare causā q̄ rationē quare debet exaudiri. ideo cōsequē-
ter allegam⁹ triplicē causam dicēdo. Quoniam tu solus san-
ctus: ideo debes indulgere peccata. Tu solus dñs. i. exaudi-
ens peccamina. Tu solus altissimus. i. cōferens eterna sola-
mina. Tu sancto spū. hic ponuntur spectantia ad laudē spūs
sācti q̄ sūt duo. Primā p̄sonalis p̄prietas: ideo dicitur cū san-
cto spū. Secūda sūma q̄ coeterna felicitas. ideo dicitur in
gloria dei patris. Ultimo sequitur amen. in quo optam⁹ no-
bis oia confirmari q̄ fieri. Ubi nota q̄ amen ē dicitio hebra-
ica. q̄ aliqñ est nomē q̄ tūc idē est q̄ veritas. Sū apoc. iij.
hic dicit amē: q̄ est testis fidelis. Aliqñ est aduerbiuz. vt in
euāgelio amē amen dico vobis. i. vere. Aliquando ē verbi
q̄ tūc idē est q̄ fiat. Sū ps. Et in seculū seculi fiat fiat. Ubi
nos habemus fiat: ibi habet amē. Et isto modo sumit hic
q̄ in cōclusionibus collectaz versus. Amē pro vere: duo sūt
aduerbia quali. Amē pro fiat: tūc verbi deficiens ē. Si des
est amē indeclinabile nomen. Aliter pōt legi ista secūda ps
q̄ sūm hoc pōt diuidi in tres ptes. In prima parte deū lau-
dantes: sicut gratias referim⁹ de xp̄i natiuitate. In secūda
pte specialiter filiū inuocam⁹ q̄ imploram⁹ suā misericor-
diam allegantes: propter q̄ decet deū nostri misereri. Ter-
cio sanctā trinitatē sub vnitāte essētie exprimētes q̄ confi-
tentes cōclusiue p̄conisam⁹. Secūda ibi. Dñe de⁹ agn⁹ dei
Tercia ibi. quoniam tu solus. Et exponitur littera D dñe de-
us rex celestis deus pater omnipotēs. D dñe ihesu xp̄e fili-
us vnigenite q̄ sancte spūs: propter tuam magnā gloriā. i. pro-
pter tuā ineffabilem maiestātē q̄ dignitatē omni honore et
quibuscūbet modis reuerētie excolendā q̄ magnificandam
nos laudam⁹ te cūcta optime facientē. benedicim⁹ te pleni-
tudine ois boni. cōtinentē. adorāmus te deū summū deuo-
te profitentes. glorificam⁹ te tua inenarrabilia opa p̄dicā-
tes. gratias agimus tibi tuā mirificā bonitatē in redimen-
do nos cognoscētes. Secūda pars dñe deus agn⁹ dei. In q̄
specialiter filiū imploram⁹: allegantes propter q̄ decet de-

um nostri misereri. Et constituit ista pars sic. domine ihesu
xp̄e agn⁹ dei fili⁹ patris: Qui tollis peccata mundi mise-
rere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem
nostrā. Qui sedes ad dexterā patris miserere nobis. Hic bis
imploram⁹ misericordiā dei dicētes bis miserere nobis p̄
pter duplex genus peccati. i. propter peccatū originale: q̄ p̄
pter peccatū actuale. sic q̄ primū referatur ad peccatū ori-
ginale: quod proprie dicitur peccata mundi. eo q̄ totū mun-
dū fecit rei eterna dāpnatione: q̄ secūda miserere referatur
ad peccatū actuale quod ē duplex. i. veniale q̄ mortale. q̄ er-
go etiā petit. D xp̄e qui tollis peccata mundi suscipe depre-
cationē nostrā: p̄ hoc insinuas q̄ deus nos abilitat peccata
tollendo: vt deprecatio q̄ oratio exaudibilis reddatur. Et est
hic sciendū de hoc q̄ dicit q̄ xp̄s sedeat ad dexterā patris q̄
a possunt intelligi tria. Quo modo gloria diuinitatis: in q̄
dei filius extitit ante secula: vt deus est patri cōsubstantia/
lis. Alio modo per dexterā beatitudo patris intelligitur. vñ
beat⁹ aug⁹. p̄ sedere habitare intelligitur. quēadmodū di-
cimus de quocūq̄ boie q̄ in ista patria p̄ tres annos sedit.
Sic ergo credite xp̄m habitare in dextera dei patris. Bea-
tus enī est q̄ habitat i beatitudine que dextera vocat. Ter-
cio per dexterā dei patris intelligitur potestas iudiciaria.
Sū aug. Ipsam dexterā intelligite potestātē. quaz accepit
ille homo susceptus a deo: vt veniet iudicatur⁹ q̄ prius ve-
nerat iudicandus. Igitur xp̄s secūda q̄ deus ad dexteram
patris sedet. i. equalis ē patri in diuinitate q̄ maiestate: se-
cūda primā expositionē. Xp̄s vero sūm humanitatē sedet
ad dexterā patris. i. in potioribus bonis patris. i. in eterna
beatitudine habēs iudiciariā potestātē: iuxta secūda q̄ terci-
am acceptiōne dextere. In terciā pte trinitatē p̄sonaz i vni-
tate cōfiteutes essētie: cōclusiue laudamus dicentes. Quo-
niam tu ihesu xp̄e cū sancto spū in gloria dei patris. i. idē
cū sancto spū q̄ patre es solus sāctus. solus dñs: solus altissi-
mus p̄ plenitudinē q̄ nō p̄ p̄cipitationē vel cōmunicatiōne
ab alio. Et nota q̄ hic q̄ in p̄cedēti parte tangitur quinq̄
p̄pter q̄ decet deū nostri misereri. Primū q̄ ipse est agnus
dei oblat⁹ pro peccatis mundi tollendis i ara crucis: semel
realiter q̄ vsq̄ ad cōsumationē seculi in forma panis sacra-

Not

mentaliter. **Secundū** ē quia pater nostra redēptione et de-
vota morte factus est noster advocatus sedes ad dexterā pa-
tris in gloria. **Tertium** ē quonia ipse sicut homo: est sanctus
sanctorum que vivit deus pater consociatus suis dilectio leticie. ut
ipse solus inter homines sit sanctus p plenitudinē vstratus: et
spūalium carissimā. ut de plenitudine eius omnes accipia-
mus gratiā. **Quartū** ē quia ipse ut est filius hominis solus ē dñs
cōstitutus in dextera deo visorū et mortuorū. Cui dicitur est.
Postula a me et dabo tibi gentes. **Quintū** quia ipse est solus
altissimus: que ppter meritū passionis deo exaltavit: et de-
dit illi nomē quod ē sup omne nomē. ad philip. ij. **Sex** igitur
quinq; inritu: decet xpm p̄cipue devotione ad se clamantū
acceptare et eorū misereri. **Quantū** ad quartū principale. q/
re videlicet in missa beate virginis aliqui tropi interponun-
tur. **Rūdetur** q ppter sex privilegia beate virginis sex tro-
pi interponuntur. **Primū** ē cōceptionis. **Concepti. n. opatio**
ne et obūbratione spūsancti. et ideo apponitur primus tro-
pus. s. spūs et alme orphanorū pacite. post illū versū. dñe fi-
li unigenite. **Secundū** privilegiū habuit rōne divini gene-
ris. quia beata virgo meruit eā t̄paliter generare et sine pa-
tre. que deus pater sine matre genuit eternaliter. **Et ideo**
dicitur primogenitus marie. **Et** ly primogenitus nō dicit
ibi ordinem quasi alius sit secutus post eū: sed dicit digni-
tatem. **Sed** primogenitus. i. anteq̄ nullus fuerat genitus
nec etiam post. **Tertium** habuit ratione materne dignita-
tis que est illa maxima laus et gloria. **Ideo** additur ad ma-
rie gloria. **Sed** aliter propter privilegiū divine miseratiōis
que nobis p eam cōmunicata est. quia q deus nos exaudit
ad gloriam eius cedit. **Unde** de eo canitur. **Andi** nos nam-
te filius nichil negans honorat. **Quartum** habuit ratioe s̄-
ctificationis. quia nullo modo peccare potuit. **Unde** in ps.
Sancificavit tabernaculū suum altissimus. **Et ideo** addi-
tur. **Mariam** sancificas. **Quintū** habuit ratione cōserva-
tionis. quia tāta plenitudo gratie in eā supvenit. q eā ab of-
fensu actuali cōservavit. **Unde** ang. **Cum** de peccatis agi-
tatur de maria noli fieri mētionē. **Ergo** additur **Mariam** gu-
bernans. **Sextū** habuit ratioe exaltatiōis seu coronatiōis.
Unde canit ecclesia. **Ecce** exaltata es sup choros angelorū

Et ideo addit Mariam coronatam

Capitulum. ix. quare non semp canit
Gloria in excelsis.

Secundū symachū papā gloria in excelsis ut dicitur
est in ca. p̄cedēti. **In** dieb; festiuis apostolorū. mar-
tiz. virginū. et cōfessorū debet decantari. **Et** generaliter
in dieb; dñicis nisi fuerit tempus luctus et penitētie. ut i
adventu dñi. et a septuagesima vsq; ad vigiliā pasce. **Et** etiam
non debet decantari in dieb; profestis: et in dieb; ieiuniorū
nisi sit ieiunū exultatiōis: ut in vigilia pasce et p̄tbecostes
Et in missa defūctorū etiā non cātur. **Est** tñ sciendū q
episcopus bethlehemitanus omni die et omi missa etiā pro
defūctis cantat gloria in excelsis. eo q iste ymnus luca at-
testante. primo in bethlehemitana regione ē decantatus. **Sz**
quare gloria in excelsis nō canit in adventu: p̄terq; in solē-
ni et duplici festo. **h;** multiplex rō assignatur. **Prima** ut p i-
terpellationē cantet istius ymni. iste ymnus quasi innovari
videtur in nocte natalis dñi in qua primū fuit decantatus
et sic in maiori devotiōe et leticia decantetur. **Secūda** rō: ut
eū maiori reverentia. honore. leticia. et devotiōe decantet
quā que cum interpellatione dicuntur maiorem ferriōe ha-
bent. **Tercia** causa quā hoc tēpus adventus designat tēpus an-
te natiuitatē xpi: quod erat tēpus tristitie. et non leticie. nec
iocunditatis. eo q adduc ianna p̄dissi erat clausa: q xpo ad-
veniente patefacta est: et ideo tūc ab angelis debuit decan-
ari. **Quarta** causa quā gloria in excelsis est cātus leticie. ideo
tūc obmittit̄ propter significandā afflictionē s̄ctorū patrum
et ad figurandū quāta patiebant̄ ex longa expectatiōe xpi
venturi. **Spes** enī q differtur affligit animā. puer. ij. **Sed**
diceres. quare tūc cantatur alleluia in adventu dñi **Rūdet**
q duplici ratione. quā licet haberēt afflictionem de eo q fili-
us dei tantū tardabat venire. et ideo dimittitur gloria in ex-
celsis. habebāt tñ leticiā de certitudine p̄missionis: quā certi-
ficati fuerūt de redēptiōe generis humani p xpm factura. et
in ista spe firme exultabūt. iuxta illud iobā. viij. **Abraham**
exultavit videre diē meū. ideo tūc cātur alleluia: **Secun-**

da ratio est. quia tunc fit memio de aduentu xpi. q. d. duplex. Qns
in carne q. est iocundus. q. ideo canitur alla. Alio erit ad indi
cium. q. iste est dolorosus q. tremendus. ideo dimittitur glo
ria in excelsis. Sed quare no cantat in festo innocenti. du
plex est ratio. Prima qa innocetes in vituperiu xpi fuerut
occisi. igitur in signu detestabilis q. propter doloru parentu
no cantatur in ipsoz festo. quia tuc impletu e illud Jere. iij
q. habetur. Mat. ij. Vox in rama audita e ploratus q. vlu
latus 1c. Secuda ro qa tuc innocetes occisi. statim descen
derut ad limbu. q. no venerut ad paradisu nisi post xpi pass
onem. q. ergo in ipsoz die non canitur. Sed in octava canit
quia dies octava significat temp. adeptiois glorie celestis
q. future resurrectiois: q. erit in gloria q. gaudio. Sed quare
no cantatur in quadragesima vsq. ad vigilia pasce. Huius ro
assignatur de cos. dis. j. ca. bi duo. Quia tuc sacra ecclesia re
colit trasgressionu primi parentis. p. qua impedita fuit re
stantatio ruine angelice. q. ideo tuc tacet catum angelicu q.
leticie. Secunda causa quia illud temp. representat eps quo
filij israel fuerut in captivitate babilonica: in qua siluerut
a canticis leticie. ita xpiani: viri istrabelite soler suspendere
cantica iocunditatis vsq. ad pasce in quo facta est a xpo libe
ratio plenaria a servitute dyaboli: q. per captivitate babilo
nica fuit figurata. In missis eria defunctor no canitur: quia
certitudinu de gloria defunctor no habemus. Etiaz quia of
ficiu defunctor est lametabile. ideo carica. leticie in eode ob
mittuntur. Sed dubiu adhuc manet. qn regulariter de
beat decantari seu dici ymnus angelicus. Ad hoc respondet
extra de ecle. missaz ca. concilii. vbi dicitur q. debeat cantari
qn in matutis dicitur Te deu laudamus. Sed hec regula
fallit in sabbato pasce q. in die cene szm. officiu romanum.
De sabbato sancto redditur ratio de co. dis. j. vbi dicitur q.
illa missa spectat ad diem pasce. quare tunc dicitur alleluia
q. gloria i excelsis. qa tunc redditum est gaudium angelicuz
In die aut cene dicitur ab aliquibus episcopis. s. cu crisma
conficiut q. no aliter. nec a simplicib. sacerdotib. q. hoc rati
one privilegij q. celebritate singulari. qa illo die fuit a xpo
sacrificiu institutu.

Capitulum. x. de salutatione sacerdotis. s.
Dns vobiscu q. de collecta.

Anglico ymno finito sacerdos se ad populu voluens
seu convertes salutat illu dicens. Dns vobiscu. Que
salutatio supra e de libro ruth ca. ij. vbi legit boos
sic salutasse messoros suos. Et iudicu. vj. Angelus salutans
gedeonu dixit. Dns tecu viroz fortissime. Et illa salutatio
representat salutatione quaz ihesus fecit discipulis suis post
resurrectione. Quia salutatoz sacerdos pmittit an oratioes
vt populu reddat attentu q. vt ei. mens ad deu dirigat. Et
exponitur Dns vobiscu. i. dns in vobis maneat: q. vos pre
mio vite eterne remuneret q. petitionib. vestris effectum tri
buat: vt gratia dei impetretis pseuerantes in illa. Alio mo
do exponitur sic. Dns vobiscu. i. dns p suam gratia vos vi
sitet: q. vobiscu manens sanctificet. vt sic petitiones vestre
effectum consequantur. Chorus respondet. Et cum spu tuo
Quod sumptu est de secuda epistola beati Pauli ad thymo
ij. vbi dicit. Dns noster ihesus xps cu spu tuo. Et e sensus
Tu pro nobis futurus es preces ad dnm. Et quonia tantu
illas pces approbat q. exaudit que de bono corde procedut
Oramus q. nos similiter pro te vt iste sine quo nullu e bo
num. sit cu spu tuo. vt qui a te ore profertur q. in os tuum
sumitur: sit tecu in corde q. in te maneat. Sed diceret ali
quis. quare populus optat vt dns sit solu cu spiritu eius q.
no cum toto sacerdote. Tu tamen dicit sacerdos. Dns vo
biscu: non solu in spu sed etiaz in corpore. Potest sic respod
deri q. in hac responsione populus se totaliter offert ad acti
onem ymmolationis sacrameti q. ad impetrandu petenda.
Ad qua ymmolationem sacerdos procedit. in qua per spiri
tum totaliter eleuatus: q. ab omni terrenitate prorsus ob
stractus debet esse. Et ideo dicitur sibi. q. cu spu tuo. s. vt
detur intelligi q. sacerdos debet esse totus spualis. Et no
ta q. ista salutatio dns vobiscu: ad simplices spectat sacer
dotes. Sed episcopus qui pfectus debet esse q. expressa simi
litudinem xpi gerit vt se vicarium xpi ostendat vtitur ora
tus prima vice verbo iohan. xx. pax vobis. que fuit pri
ma vox dni ad discipulos post resurrectione: quando eis

post resurrectione apparuit. quasi diceret. In presenti detur vobis pax pectoris et cordis. sed in futuro pax eternitatis. De vtraque pace dicitur iobā. xij. Paces mea relinquo vobis pacem meam do vobis. Et episcopus oraturus mitram deponit. ut sic nudo capite: sicut et alter sacerdos oratione compleat. quia vir secundum apostolum renelato capite debet orare. quatenus inter deum et ipsum nullum malicie sit velamen. et renelata facie gloriam domini contempletur. Postea ad instar ceterorum sacerdotum dicit dominus vobiscum ut sic se unum ex eis esse ostendat. Item nota quod populus septem vicibus a sacerdote in missa salutatur. quatenus exclusis septem vicibus capitalibus: gratiam sancti spiritus suscipit septiformem. Misterium enim misse ad septem dona spiritus sancti refertur. Et ergo sex vicibus in missa dicitur dominus vobiscum. et una vice pax domini etc. quod etiam per salutationem habet. Et ergo in quatuor temporibus: saluatio ante primas collectas obmittitur. ne numerus septenarium transgrediamur. Prima saluatio fit ante primam collectam: et refertur ad spiritum sapientie. quia tunc ibi recolitur quomodo dei sapientia intrauit mundum ad salvandum nos. Secunda fit in principio euangelij. per quam intelligitur spiritus intellectus. quia circa euangelium recolitur christi predicatio. christus enim predicavit ut illuminando intellectum nos doceret. Tercia fit post euangelium. vel post credo. per quam intelligitur spiritus consilij: quia ibi recolitur quomodo christus secrete dei consilio passioni se obtulit ut redimeret nos. Quarta in principio prefationis. per quam intelligitur spiritus fortitudinis. quia ibi recolitur christi crucifixio. christus enim in cruce pendens dyabolum expugnauit. et nos ab eterna morte liberauit. Quinta ibi pax domini. in qua spiritus scientie innuitur. qua christi resurrectio recolitur. quia christus resurgendo salutauit discipulos suos: et eorum sensus aperuit: ut nos erudiret. Sexta fit in principio orationis post communionem: in qua christi ascensio recolitur. per quam spiritus pietatis recolitur. quia sola pietate naturam humanam super astra lenauit: ut nos exaltaret. Septima fit in fine ante benedictionem. qua recolitur christi aduentus ad iudicium. et per eam spiritus amoris representatur. quia angeli tremunt cum venerit ad iudicium ut nos iudicet. Et quia septies populum salutatur ut dicitur est. tamen solum quinque in istis salutationibus se ad populum vertit. et hoc signifi-

cat quinque appariciones quas christus fecit discipulis suis in die resurrectionis que sunt magis approbate ex euangelio. Prima fuit marie magdalene. iob. xx. et marci ultimo. Secunda fuit eide et alijs mulieribus reuertibus de sepulchro eadem dixit. Anete. math. ult. Tercia petro que apparitio designat per terciam versionem que fit post manuum lotum. ubi sacerdos nichil aliter dicit. quia illa representat apparitionem factam petro. de qua non fit mentio in euangelio quam aut ubi. aut quo facta sit. Quarta facta fuit duobus discipulis egressis in emaus luce ult. Quinta in domo absente thoma. Post hoc sacerdos parat de sua bonitate confidens vniuersalem ad se colligit ecclesiam dicens oremus quasi diceret orate omnes simul mecum. ut quod postulamus cito impetremus. quoniam fidentialiter dominus multitudinem cito ex audit. Dicendo ergo oremus. hortatur ad orandum. quia et ipse christus monuit orare discipulos dicens. vigilate et orate etc. Postea ipse sacerdos orationem pronunciat que noiantur collecte. Dicit autem collecta per tanto. quia super populum collectam et congregatum dicitur ut habet de consue. dis. iij. Et sic hec orationes proprie dicuntur collecte que fiunt super collectionem populi. scilicet quando populus colligitur ad stationem faciendam vel processionem de vna ecclesia ad aliam. vel dicitur collecta. quia sacerdos qui fungitur legatione populi et stat quasi mediator inter deum et hominem vel populorum petitiones populi in se colligit et concludit. in quibus deprecatur pro nostris necessitatibus spiritualibus et temporalibus. Dicit autem in dextera parte altaris. quia per dexteram bona eterna et per sinistram temporalia designantur. ut ergo ostendatur quod eterna et spiritualia prius petere debemus iuxta illud primum querite regnum dei. Ideo collecta dicitur in dextera parte altaris. vel etiam ideo quia orationes in nomine christi fiunt. qui sedet ad dexteram dei mat. ult. Et nota quod orationum varij fuerunt inuentiones. quorum numerus et varietas tantum crescebat. quod octauum consilium africanum constituit quod nulle preces vel orationes vel prefationes dicantur nisi in consilijs fuerint approbate. Post hoc gelasius papa orationes et collectas tam a se quam per alios compositas in unum ordinauit. Beatus autem gregorius. seclusis hijs que nimia siue minus congrua videbantur rationabiliter coadunauit congrua multa nichilominus necessaria superaddens:

Capitulum de numero collectarum et de conclusione earundem.

Etenim quibus modis et ordinem excedentes orationes intantum multiplicat ut auditoribus tedium generat fastidium. Quasi deus ut homo multitudinem verborum flexi possit cum contra dominus per ysaiam dicat. Cum multiplicaveritis orationes non exaudiam vos. Et dominus per se in evangelio dicit. Nolite multum loqui orantes sicut ethnici faciunt. putant enim multiloqui se expandi. mat. vij. vñ cum dixisset apostoli. Domine doce nos orare copediosas eos docuit orationes breves. sic orabitis. pater noster septem petitiones in se continet. Et ergo omnis forma sequens sacerdotes in missa septenarium numerum non excedit. Nam christus septem petitionibus omnia necessaria corporis et anime comprehendit. ymo secundum communem consuetudinem orationes septem sub ipsi numero dicuntur. Ita quod in sumis festis sicut quoniam est duplex vel totum festum tantum una collecta dicitur nisi forte in eodem die aliud festum occurrat. et tunc dicitur una ad designandum fidei unitatem. Aliquam dicuntur tres ad designandum mysterium trinitatis. et quia christus ter ante passionem oravit dicens. pater si possibile est transeat a me calix iste. Aliquam quibus ad designandum quibusque vulnera christi seu anticipata christi passionem. Item quibus dicitur septem ad designandum spiritum sanctum septiformis. seu septem dona spiritus sancti. Et secundum innocentium ille numerus excedi non debet. Et est sciendum quod totidem collecte et eodem ordine dici debent in secreta et post communionem quot precesserunt ante eplam. nec plures nec pauciores. Finis quoque debet suo principio correspondere. Et quilibet collecta post communionem et in secreta debet precedere convenienter. Et nota quod si in missa per vivis vis interponere collectam per defunctis. tunc talis non debet esse ultima sed antepenultima seu penultima. Ratio quia si finis septem debet correspondere suo principio. Et in missa per defunctis non debet interponi collecta per vivis ut dicit guilbertus. quia mortui non valent inuare viventes in hac vita. nec etiam valent implorare viventes vitam eternam. licet e converso ipsi possunt inuari ab eis quo ad utrumque. Immo nec ista oratio estis augustini. scilicet omnipotens sempiterna deus qui vivorum dominus simul et mortuorum est dicenda in missa per defunctis. Secundum aliquos tamen collecta potest interponi de sanctis sic quod sit penulti-

ma. Sed de modo claudendi orationes sciendum quod si in oratione sermo dirigat ad patrem non habita mentione filii et spiritus sancti tunc concludit simpliciter per dominum nostrum ihesum christum ut hic. Cede nos famulos etc. Si fit autem mentio de filio. hoc est dupliciter. vel in principio. vel circa finem. Si in principio. tunc concludit per eundem dominum nostrum. ut sibi deus qui in filio tui humilitate faceret mundum exeristi etc. Si circa finem. tunc concludit. qui vivit et regnat sicut in illa. Respice quoniam sumus domine super hanc familiam tuam. Aliquam etiam ipsa oratio dirigat filio directe. sicut ista oratio. Deus qui virginale aula. et tunc debet dici. qui vivis et regnas. Si autem fit mentio de spiritu sancto. tunc concludit per dominum nostrum etc. et in fine dicitur in unitate eiusdem spiritus sancti deus sicut in ista oratione. deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti. Si autem fit mentio de filio et spiritu sancto. tunc concluditur per eundem dominum etc. et in fine dicitur. in unitate eiusdem spiritus sancti. Aliquando autem de nullo istorum fit mentio. sicut in exorcismis et in orationibus aque benedice et in quibuscumque officiis sepulture. tunc dicitur per eum qui venturus est iudicare etc. ad terrorem demonum qui de iudicio finali plurimum terrent. Quis tamen dici posset per dominum. versus Per dominum dicat cum patre presbiter orat. Cum christum memorat per eundem dicere debet. Cum quo si loqueris qui vivis dicere queris. Qui tecum si sit collige finis in illo. Si spiritus almi. eiusdem dicere debes. Est tamen hic sciendum quod ut plurimum in fine collecte conclusivè subiungit. per dominum nostrum ihesum christum. quia sicut bulla autenticat litteras papales. ita et omnes orationes bullantur nomine domini nostri ihesu christi. Cuius duplex est ratio. Præterea quia hoc fit ad splendendum documentum christi quod ponit. xxvij. iob. Quicquid perieritis patet in nomine meo dabit vobis. Per ipsum enim scilicet christum et non per aliam viam divina beneficia ad nos possunt decurrere. quia ipse solus exercit mediator dei et hominum. unde et ipse sepius manus vel brachium domini appellat. Quicquid enim nobis donat per ipsum nobis datur. Secundo hoc fit propter meritum passionis christi. quia omnia nobis in merito passionis eius dant. Tunc subiungitur. in unitate spiritus sancti deus. quod dupliciter exponitur. uno modo sic. in unitate spiritus sancti id est una cum spiritu sancto. quia tres persone pater filius et spiritus sanctus sunt unum deus. Secundo in unitate spiritus sancti: id est in spiritu sancto qui est

Not

unitas patris et filii amor et conexio utriusque. Subsigit. p
omnia secula seculorum. quod etiam dupliciter intelligi potest.
Uno modo consecutive id est per generationes generationum sibi
continue succedentium. quia una succedente alia subsequitur. Secun-
do exponit sic. per omnia secula seculorum id est ante omnia secula
dominus noster ihesus christus vivit tecum. et in presenti vivit et in futu-
ro victurus est. Et tamen valet breviter. per omnia secula seculo-
rum id est eterniter. ut vult beatus augustinus. Et addit hec pericu-
la propter luciferianos hereticos. qui dicunt adhuc luciferum reg-
naturum et ad sedem christi collocaturum. Contra quos scribit psal-
mista. Super solium david et super regnum eius sedebit. ut confirmet
illud in iudicio et iusticia usque in sempiternum. Chorus respon-
det amen. Ubi sciendum secundum beatum bernardum. in sermone de ce-
na domini. quod amen quique est adverbium optandi. et valet intantum
sicut fiat. unde ubi nos in psalmis habemus fiat fiat. ibi be-
nedei habent amen amen. Sic etiam amen sumit in oratione
dominica. cum dicitur libera nos a malo amen. Similiter quoniam con-
cludit collecta per dominum nostrum etc. et chorus respondet amen. Po-
pulus enim assentis voci sacerdotis qui dixit. per omnia secula se-
culorum. assentit quod seculum per eum creatum est. Respicit ergo ad for-
mam orationis. ut quod oratur hoc deus. vel ad modum conclusionis ut
quod concludit affirmet. et intantum valet sicut vere et sic potest
sumi in responsione quoniam concludit. qui tecum vivit et regnat. et cho-
rus respondet amen id est verum est quod vivit et regnat in secula se-
culorum. De hac materia dictum fuit supra. capitulo octavo.

**Tractatus secundus libri secundi de secunda parte
misse scilicet instructoria.**

Expeditur de primo cum dei adiutorio scilicet de par-
te preparatoria prout ad primam partem misse. Et per
consequens quo ad tractatum primum huius secundi li-
bri. Ita aliquid quo ad secundam partem misse et quo ad
tractatum secundum huius libri secundi breviter sunt di-
cenda. Congruum enim est ut oratio precedat lectionem et post orationem sequa-
tur lectio. quia per lectionem instruimur de divinis mandatis et de
claratione tradende veritatis. Nam ad hoc tendere debet
fidelium operatio et oratio ut cognoscant et intelligant voluntatem

dei. secundum eam vivat. Alia potest poni ratio secundum guilelmum. et conformis
huic. In epistolis enim. ut plurimum continetur doctrina apostolo-
rum. Et ideo eleganter doctrinam illam precedit oratio. quia oratione debe-
mus ut doctrina dei et apostolorum nos in agenda instruat. in-
tra illud luce. x. Rogate dominum messis ut mittat operarios in
messem suam. vel potest sic poni ratio ordinis. quia collecta signifi-
cat devotam orationem. epistola vero legis christi et preceptorum eius. serva-
tionem modo devota oratio impetrare debet antecedenter. legis obser-
vantiam. Et habebit ille tractatus septem capitula. Primum est
de epistola. Secundum de graduale. Tertium de alleluia. Quartum de
tractu seu tractibus. Quintum de psalmis seu sequentiis. Sextum de
euangelio. Septimum de simbolo et de eius expositione.

Capitulum. i. de epistola.

In primo capitulo huius tractatus secundi primo videtur
quod est quod representat epistola. Secundo quare epistola aliquando
ex novo testamento sumit et aliquando ex veteri. Tertio
quare aliquando in principio epistole dicitur carissimi. aliquando fratres
aliquando in diebus illis. Quarto quare leguntur epistolae in ecclesijs. col-
legiatis solum unde sequitur. scilicet leguntur euangelium plures sequuntur
Quinto unde dicatur epistola. Sexto quare aliquando legitur in dextera pre-
altaris. et aliquando a ministro quasi in medio chori in aliquibus
ecclesijs. et quare euangelium legitur in parte superiori. epistola
vero in loco inferiori. Septimo de diversitate ministri ipsius
epistole. unde prout ad primum est sciendum secundum innocentium. quod
epistola que premitur euangelio representat officium et predicatorem per
cursoris christi. scilicet beati iohannis baptiste quod exercuit ipse iohannes
bannes ante christum. qui prout ante faciem christi paravit viam eius. sicut
ipse sanctus iohannes de se testatur dicens. Ego vox clamantis in
deserto paravi vias domini: rectas facite semitas eius. iohannes. i. Et
christus de eo dicit malach. xxxvii. Hic est de quo scriptum est. ecce
ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante te. Iohannes
namque fuit submissus illi qui de se dicit. non veni ministrari sed
ministrare mat. xx. unde sicut predicatio iohannis precessit predicatorem
christi. sic epistola precedit euangelium. Secundum guilelmum epistola gerit
figuram legis et prophetie que christi adventum precesserunt sicut epistola pre-
cedit euangelium. Precessit namque lex euangelium sicut umbra lucem. lra

spūm. timor caritate. iicū pfectōez. dñantis pceptū. aman
tis cōsiliū. **M**ā lex p moysen data ē. gratia ⁊ veritas p xp̄z
sbūm facta ē jobā. **E**plā ergo vox ē legis suā iperfectōem
testimonio jobānis pfectōis. ⁊ ad pfectōem euangeliū trans
mittentis. **H**ic inquit est de quo dixi vobis. Qui post me
venit ante me factus est. me oportet minui illuz aut oportet
crescere. **N**ō enī erat lux. s; vt testimoniuz pbiberet de
luce. **L**ex neminem ducit ad pfectū. euangeliū vero pfectōez
iōucit ⁊ ostendit. **Q**uantū ad secūdu est dicēdu. ex quo jobā
nes fuit limes pcedentiū ⁊ sequentiū mcdi iter apostolos
⁊ pphetas nam lex ⁊ pphete vsq; ad jobānem durabāt ⁊ ex
eo regnū dei euangelizat. **M**atb. vii. ⁊ ideo eplā nec semp
legitur ex pphetis. nec semp ex dictis aplōz. sed interdū su
mit ex pphetis seu veteri testamento. ⁊ interdū de nouo te
stamento. scz ex dictis aplōz. **J**obānes enī cui⁹ vocē rēspen
tat epistola cū modernis. xp̄m insinuat p̄sentē dicēs. **E**cce
agn⁹ dei jobānis. i. **E**t cū antiq; pdixit xp̄m esse venturuz
dicēs. **Q**ui post me venit ante me factus est. **A**d terciū no
tandū q̄ epistole semp accipiūtur aut de epistolis pauli aut
ex canonicis aut ex actibus aplōz. aut ex libris salomonis
nunq̄ aut ex quicq; libris moysi. **R**ō q̄a i illis tantū p̄mit
tūtur temporalia. in cui⁹ signum tales lectōes semper ter
minātur i grauem accentum descēdentē. **I**n nouo vero te
stamento p̄mittunt spūalia ⁊ eterna. **I**n cui⁹ signū euan
geliū ⁊ epistola terminant i accētū acutū. **I**sto stāte t̄ndet
ad terciū. q̄ qñ epistole sumunt ex dictis pauli tūc dicitur
i p̄cipio fratres. **R**ō q̄a illas eplās mittebat ad illos quos
conuerterat. inter quos q̄daz fraternitas generabatur. ideo
vocat eos fratres. **S**; qñ sumitur a canonicis jobānis ⁊ ia
cobi q̄s ipi dixerūt. nō tātū ad illos quos cōuerterāt. s; cō
muniter ⁊ generalit̄ ad oēs q̄a ad oēs de⁹ habuit caritatē.
ideo i illis eplis debem⁹ dicere carissimi. **S**; qñ sumūt de
actib⁹ aplōz tūc dicit i dieb⁹ illis. **S**; i euangelijs nūq̄ dicitur
i dieb⁹ illis. s; i illo t̄pe. **E**t ratio ē triplex. **P**ria q̄a i
textu actu vt frequent̄ ponit i dieb⁹ illis. vt patet i actib⁹
aplōz. **S**ecūda rō. q̄a sicut tēp⁹ cōtinet in se diē. ita euangeliū
cōtinet eplās que declarāt xp̄m. **T**ercia rō q̄a euangeliū
est de vno scz de xp̄o ⁊ de vita eius. sed epistole facte sunt

ab diuersis diuersis tēporib⁹. ideo dicit i dieb⁹ illis vt cui
libet possit melius applicari. **E**t qñ lectiones sumunt de li
bris legalibus tūc nunq̄ debet apponi titulus alicuius li
bri. **R**atio qz i p̄t̄bateucon cōtinent ea q̄ p̄tinent ad syna
gogam. que iā deficit in sacerdotio ⁊ in regno. iuxta p̄p̄e
tam danielē. cū venerit sanctus sanctorū cessabit vñctio ve
stra: vñ nō intrulat salomon in libris sapientialibus. aut
qz deprauatū est cor eius cū mulierib⁹ seu p mulieres. aut
qz nō omnis veritas illoz plenarie scit. ideo a sapiētia in
creata ititulat. **Q**uātū ad quartū sciēdu. q̄ subdyaconū sō
lū vnus comitat. dyaconū vero plures. ad designādū q̄ p̄bi
cationē jobānis pauci susceperūt. p̄dicationē aut xp̄i pluri
mi susceperūt. vñ discipuli jobānis dixerunt ad eum. **R**abi
qui erat transiordanem tecū cui testimoniū pbibūisti: ecce
hic baptizat. ⁊ oēs veniūt ad eū. **E**t iā significat duplices
p̄n̄siores ad duplicē xp̄i aduentū manifestādū. quoz p̄i
mus iā trāsact⁹ tātū vnū habuit p̄n̄siorē. secūdu⁹ vero ha
bebit duos scz emoch ⁊ helyā q̄ cōuertēt corda patrū ad fili
os. ⁊ residui israhel salui fiēt. **S**; dices. q̄re subdyaconū
vadit sine lumie. ⁊ cū vno solo accolito. **R**ndet q̄ ideo. q̄a
siderare ut deus honoret et glorificet ab hominibus. unde propheta.
Non nobis domine non nobis etc. Alio modo id est nomen sanctum
tuum nos sanctificet. ut glorificetis et laudetis a nobis. San-
ctificet nomen tuum in corde per amorem per reverentiam in ore per ef-
ficientiam in opere. Secundo petitur vita eterna cum dicitur adveniat
regnum tuum. De hoc scribitur matth. xxv. venite benedicti patris
mei. percipite regnum. Et merito vita beata comparatur regno quia
sicut in regno temporali habetur necessarium bonorum habundantia.
sic in regno eterno habetur omnium bonorum sufficientia. Et conve-
nienter dicitur adveniat regnum tuum. ideo quia non possumus ad
deum venire et ad gloriam ipsius nisi per gratiam dei. unde Augustinus. Ille ad deum venit. quem deus prevenit. Adveniat
ergo regnum tuum. non quod de novo fiat. cum sempiternum sit secundum
prophetam. Regnum tuum regnum omnium seculorum. sed adveniat regnum
tuum nobis. scilicet ut regnemus. unde Augustinus ad prophetam. Desiderium no-
strum ad illud regnum excitamus. ut nobis veniat atque in eo reg-
nemus et quia bonum glorie datur per bonum gratie. ideo subditur ter-
cia petitio. fiat voluntas tua. id est ut voluntas nostri arbitrii
conformetur per gratiam tuam tue voluntati. vel fiat voluntas tua
id est da nobis tuam gratiam. ut et tuam voluntatem faciamus. Per gra-
tiam enim dei fit voluntas dei in nobis et a nobis secundum Ieremiam. volun-
tas dei semper sit. scilicet beneplaciti. secundum illud ysa. xlvi. Vis vo-
luntas mea fiat scilicet oramus ut libertas nostri arbitrii societ et
confirmetur per gratiam sue voluntati. vel oramus ut suis preceptis
obediamus. Qui ergo obedit preceptis dei facit voluntatem dei.
quia preceptio est voluntas dei scilicet signum. Sequitur Sicut in celo et
in terra. id est sicut a beatis fit voluntas tua. sic fiat etiam a no-
bis hominibus hic in terra. ubi notandum quod beati qui sunt in celo sunt con-
sueti immediate regule divine ideo non possunt deficere nec de-
viare a divina voluntate. Et ideo nos qui sumus in via qui non su-
mus ita consueti petimus ut divina gratia hoc suppleat tenendo
voluntatem nostram in conformitate ad suam voluntatem in operibus
nostris sicut conformatur illi qui sunt in celis. Hec petitio fiat
voluntas tua multum efficax est. quia per hanc petitionem homo se tota-
liter subdit divine voluntati. unde salvator imminente suabe-
nedicta passione legitur dixisse. Patet si non poterit hic calix transi-
re a me nisi bibam illud. fiat voluntas tua matth. xxv. unde et propheta

clm
orabat dicens. Docce me facere voluntatem tuam. Sequitur. Pa-
ne nostrum quotidianum. id est vite necessaria: quo ad victum et ami-
cum: nobis quotidie tribuere digneris. Vel sic Panem nostrum
quotidianum da nobis. id est eucharistiam nostram. id est pro nobis obla-
tam. quotidianam. id est quod offertur pro nobis. da nobis spirituali par-
ticipacione. Hodie. id est in via presentis vite. Hic ponitur quarta pe-
titio. In qua petitur vite necessitas. non superfluitas. non vo-
luptas cum dicitur. Panem nostrum quotidianum. non aliquod super-
fluum. sed quod est nature necessarium. unde eccles. xxix. Inicium vite
homo aqua et panis. Hic ergo quarto loco petimus bonum temporale ad
sustentacionem. Ecclesia ergo non petit divitias temporales non ve-
stes preciosas: sed vite necessaria. Unde apostolus habentes alimenta
et quibus regamur bis contenti simus. id est ad thesaurum. Etiam salomon
Divitias et paupertates ne dederis michi. sed tantum victui meo
tribue necessaria. puer. iij. Qua propter prophetam dicebat. Divi-
tias si affluat. nolite cor apponere. Glosa. cor apponit qui di-
vicias codit. quia thesaurus occultus: et sapientia abscondita: que
utilitas in vtrisque. eccles. xl. Qui autem est in statu aliquo potest
licite pecunias observare ut sibi et suis provideat in futuro de
necessariis. vel ad cultum dei. Panem nostrum. Addit nostrum secundum
Crisostomum. Dicitur quod nobis dat deus. sive orationibus sive labora-
tionibus: non solum nobis dat. sed etiam alijs pro nos dat ut de eo quod
accipimus a deo parte: parte impotentibus et pauperibus demus.
Panem nostrum quotidianum. id est quotidie necessarium. Ideo dicitur
quotidianum. quia qui superflue vivunt: non panem comedunt quo-
tidianum. sed multorum dierum. Da. ideo dicitur da. quia nec minimum
habere possumus nisi tu des. Unde propheta Qui dat escam omni carni
Da nobis qui sumus filij tui per regenerationem baptismi et
adoptionem hodie. id est in presentia. Vel hodie quia nescimus si in cra-
stinum perveniamus. Potest etiam illa petitio intelligi de
pane sacramentali. per quem sustentamur spiritualiter panem. scilicet eu-
charistiam. ut supra dictum est. Sequitur. Et dimitte nobis de-
bita nostra. Post petitiones boni conferendi: subdit petitiones
mali auferendi. In ista quinta petitione: petitur malum auferri:
quod contrahitur vite eterne. et hoc est peccatum quod ex-
cludit a vita eterna. Unde apostolus. id est ad cor. vii. Neque fornicarij:
neque avari: neque fures: neque idolis servientes: regnum
dei possidebunt. Et ad hoc pertinet ista petitio. dimitte no-

bis debita nostra. i. peccata quibus aia obligatur. ad penam.
Additur. Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hec
est regula nobis imposta. et si voluerimus nobis dimitti
peccata nostra. ita debemus dimittere proximis peccata in no
bis commissa. Quia eccle. xxviii. Remitte primo tuo nocenti
et tunc tibi deprecanti solvuntur peccata. Homo homini seruet re
cta. et a deo querat medelam. Ista tamen dimissio potest intelligi. uno
modo quo ad offensam et quantum ad rancorem. et hoc est necessita
tis. quia tenemur omnes homines diligere ex caritate. Alio modo
quantum ad iniuriam et satisfactionem. et hoc non est necessitatis. sed
sicut supererogationis aut perfectionis. Sicut enim pecuniam ablata
non tenetur quis dimittere sed repetere potest: sic de iniuria si
ibi iustitia potest quis recuperationem per emendam petere secundum or
dinem iusticie. unde aug. Qui modeste agit ut pecunia sibi resti
tuatur. non tamen curas pecuniam quam de correctione debitoris redde
re nolentis qui potest reddere: non solum non peccat. sed plurimum
prodest ei que corrigat ne dampnetur. sed ut fide patiat. Que
ritur utrum peccatores aliquid oratione impetrant. Videtur quod non
quia Job. x. dicit. Scimus quia peccatores deus non audit. Sed
incontrarium est quod hic dicitur. Cum peccatores orant pro dimissi
one peccatorum: sequeretur quod frustra oraret si non impetraret.
Et bea. aug. super Job. Si deus peccatores non audiret. fru
stra publicanus dixisset. deus propicius esto michi peccatori.
Responsio. In peccatore duo sunt consideranda. natura quam de
us diligit: et culpa quam odit. Si ergo peccator aliquid petit in
quantum peccat. id est secundum desiderium peccati a deo non exauditur ex
misericordia. sed quoniam auditur ad vindictam. dum deus permittit
eam amplius ruere in peccata. Deus enim quodammodo negat propicius que
concedit iratus. ut aug. dicit. Sed orationem peccatorum ex bono
desiderio procedente: dominus audit non quasi ex iusticia: quia pec
cator hoc meretur. sed ex parte sua misericordia. observatis
tamem quatuor conditionibus. ut si ipse petat quod ad salutem
necessaria: humiliter: et perseveranter. Sed ad illud Job. x.
Scimus quia peccatores deus non audit. bea. Hieronimus
super Jobane responderet. Illud verbum est ceci notum vultu: et non
dum perfecte illuminati. et ideo non est ratum. Quis posset ve
rificari si intelligatur de peccatore in quantum est peccator.
per quem modum eius etiam oratio est expectabilis. Item que

CLXXIII
ritur. Item dices orationem dominicam peccet si non dimittat rancorem
quo ad proximum suum. Responderi potest. licet orationis sue
non sit fructus quo ad se qui tenet rancorem: in corde suo con
tra proximum tamen non peccat. cum non in sua sed totius ecclesie pro
sona videtur orare. Quia non dicit dimitte michi debita mea
sicut et ego dimitto debitoribus meis. Sequitur. Et ne nos
inducas in temptationem. id est non nos induci permittas ut in tem
ptatione succubamus. quia non sufficit ad salutem dimissio
peccatorum preteritorum. ut si homo patitur in peccatum recidivum
et relapsum. et succubant temptationibus peccatorum futurorum. Quia
sequitur sexta petitio. scilicet a morio mali futuri. De quo dicit
Et ne nos inducas in temptationem. id est induci permittas. Non enim
petimus ut non temptemur: quia temptari in se non est malum
sed magis est ad virtutem. quando fortiter resistitur. Propter
quod dicebat propheta. Proba me domine et tempta me. sed petimus
ne in temptationem ducamur. id est ne ab ipsa vincamur. Sequitur.
Sed libera nos a malo. scilicet culpe quod est peccatum. etiam a malo
pene quod est perturbatio pene: quod est ad peccatum inductionem
a malo mundi. ne nos comburat per cupiditatem quia totus mundus
in maligno positus est. Job. vii. A malo carnis ne ab
sorbeat per voluptatem. quia non habitat in me. id est in carne mea
bonum. ad rom. vii. Nam multa sunt mala in mundo et in carne
nostra que permittunt nos: a quibus petimus nos liberari ne sub
eis succubamus. Sequitur. Amen. id est fiat Amen autem nec gre
cum nec latinum est. sed hebraicum. et quoniam accipitur verbaliter pro fi
at. ut in fine orationum dicimus. amen. id est fiat nobis domine deus
quod a te humiliter petimus. Quoniam accipitur adverbialiter
ut christus ait: amen amen dico vobis. id est firmiter et fideliter. Quia
aug. dicit amen. id est vere vel fideliter: vere quo ad intellectum
fideliter quo ad officium: et ideo dominus ponit in fine amen. quia hec
oratio potissime ex affectu et intellectu est dicenda.

Libera nos quoniam sumus domine ad omnibus malis preteritis presentibus
et futuris et intercedete pro nobis beata et glo
riosa spiritus virginis dei genitricis marie et beatis aposto
lis tuis petro et paulo atque andrea cum omnibus sanctis tuis da pro
picius pacem in diebus nostris ut ope misericordie tue adiu
ti et a peccato simus spiritus liberi et ab omni perturbatione securi. pro
eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum vivit

et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum amen.

Secunda pericula istius partis In qua ponitur oratio quod dicitur embolismus dñice orationis. In qua sacerdos meminit preteritorum malorum et granatur per presens et timet futurum malum. Orat ergo ut deus nos liberet ab istis malis. Nota ista oratio dicitur embolismus .i. supererescencia. eo quod nihil in ea petitur quod in precedenti oratione dñica petitum non fuerit: nec tamen superfluit. quia est repetitio septime petitionis .s. sed libera nos a malo. Sed dicitur supererescencia quia in primitiva ecclesia multo tempore differentia non fuit. Notandum triplex est malum a quo petimus liberari. .s. malum innatum. malum ad vitium. et malum inflictum. Primum corrabimus. Secundum actualiter sustinemus. Primum originale. secundum actuale tertium penale. Sed quid est quod sacerdos petit quod deus liberet nos a preteritis malis: ex quo peccata transferuntur nec possunt reuocari: eo quod non est potentia ad preteritum sicut in presentibus. Quis preteritum sicut se ipse in numero non potest reuocari. per potentiam naturalem tamen potest idem in specie vel consimile reuocari et reuocari. per potentiam supernaturalem etiam idem in numero potest reuocari. Et ideo petit sacerdos. ut deus mala penalia super nos non inducat. ut super egyptios. sodomitas et filios israel: derelinquentes deum suum induxit. nec faciat nobis sicut peccata nostra. sed sicut multitudinem misericordie sue deleat iniquitates nostras. Nota secundo. hic ponitur inuocatio sanctorum et primo beate virginis marie: que est beata. iuxta illud. Beata me dicent omnes generationes. et gloriosa quia plena gratia sicut per. Gloriosa dicta sunt de te etc. Dicitur se per virgo. quia virgo ante partum. In partu et post partum dicitur maria quod sicut sonat dñica. Sed maria quasi amarum mare. quia ab illo tempore quo simeon prophetavit. et tuam ipsius animam pertransibit gladius doloris. usque ad christi passionem: nunquam desisteret: in qua ista verba non reuolueret: et ipsa amare defleret: cogitando quando fiet istud. Hic inuocantur etiam tres apostoli. .s. petrus paulus et andreas. Et isti tres reuocantur. propter eorum tres prerogativas. Petrus resumitur propter principatum apostolorum. Paulus propter privilegium doctrine predicationis et immensi laboris. andreas propter privilegium nimirum

CLXXV

concupite crucifixionis et spiritus benignissimi. Et in hac oratione non solum inuocamus apostolos: sed etiam omnes sanctos qui per triplicem statum distinguuntur. Deus enim qui fuerit in ecclesia militare. aut fuerit in statu conjugali: qui per petrum designatur. quia uxorem habuit. filiam et socrum. aut in statu vidualis continentie. qui per andream designatur. quia sicut beatus crisostomus: uxore mortua creditur sanctus andreas in statu viduali per mansisse. aut in statu virginali: qui per paulum designatur. ad quem statum etiam angeli reducuntur. quia virginitas sanctorum est angelorum. Da propitius etc. Hic videtur petere per duplicem pacem videlicet: per pacem peccatorum: que in hoc consistit. ut simus ab omni peccato sinceri et liberi. et per pacem temporis: qua sumus ab omni perturbatio securi. Infirmis enim nocet perturbatio. quauis perfectis sit meriti augmentatio. et constantie corroboratio. Iuxta illud apostoli. Virtus in infirmitate perficitur. Item nota hec oratio sub silentio dicitur. et illud silentium significat sabbatum in quo corpus christi in sepulcro quiescit. unde lucas restante. Mulieres que parauerunt vincta sabbato siluerunt sicut mandatum. sed qui sicut carne quiescit in sepulcro sicut animam descendit ad inferos. ut fortior superueniens fortius spoliaret armatum. Tunc ergo momordit infernum. ut educeret vinctos de lacu in quo non est aqua. liberans eos a malis preteritis presentibus et futuris. Dans eis perpetuam pacem in qua semper sunt a peccatis liberi. et ab omni perturbatio securi. Et hoc commemorans ecclesia orat ut etiam ab his malis liberetur: et ad illam pacem perueniat. Et quia sentimus nos deo. quem petimus minus gratos ideo recursu habemus ad sanctos deo acceptos. ut eorum intercessionibus nobis donetur: quod nos in peccare nequimus. Nota quoniam chorus respondet. sed libera nos a malo. tunc subdiaconus representat. diacono inuolutam patenam et diaconus eam reuelat. et reuelatam eam representat sacerdos. osculando ipsius manum dexteram. sacerdos postea cum ea signum crucis sibi in pectore vel alias in facie facit. et eam etiam postmodum osculatur. et post hoc iterum deponit corporale. quia per luctum passionis ad gaudium resurrectionis peruenitur. Idcirco nunc in gestibus sacerdotis historia dñice resurrectionis recollitur. Hi ergo .s. subdiaconus diaconus et sacerdos. tam numero quam ministerio: representant illas tres mulieres sanctas de quibus dicitur

Matth. euangelista. Vespere autem sabbati quod successit in prima sab-
bati etc. Representans patenam. i. cor. patens latitudine carita-
tis in obsequium sepulture. Juxta quod legitur. quod emerunt
aromata ut venientes ungeret ihesum hanc patenam. i. cor. am-
pliu latitudine caritatis. sacerdos. i. xps acceptat. quia xps
ardenti desiderio querebatur. Juxta illud. Scio enim quod ihesum qui
tis crucifixum. idcirco crux signatur in pectore vel in facie.
Statimque sacerdos osculatur patenam: ostendens quod xps confessi
desiderium mulierum adimplevit. Et quod de ore calicis remouet
dyaconus corpale: designat quod angelus domini renouit lapidem
ab hostio monumenti. Quod enim calicis hostium significat mo-
numenti. Hec inno. Subditur. Per eandem dominum nostrum etc.
Sacerdos hoc dicens: frangit hostiam per mediu. et alteram medi-
etate subdividit. quo facto alta voce dicit. Per omnia secula se-
culorum. Post subiungit Pax domini sit semper vobiscum. quod autem indi-
uisibilia sunt opera trinitatis: sacerdos subtiliter innuit cum ho-
stias dividit. Dicit namque ad patrem. Per eandem dominum nostrum etc.
usque ad hoc qui tecum vivit. Et una fractione hostie facit. ac
si diceret. Dividere videoz indivisibile. et si xps mortuus est
ex humanitate: vivit tamen ex virtute divinitatis. in qua se-
per existens nunquam recessit a patre. Cum vero dicit in unitate
spus sancti. secundam fractionem facit. quasi di. h. filii dei concep-
tus est utero virginis. beate legitur: tamen patrem et spum sanctum
nunquam deseruit. sed semper tota sancta trinitas indivisa permansit
per omnia secula seculorum. Causa quare hostia frangitur. quia legi-
tur de xpo. quod xps fregit et dedit discipulis suis. Inno. dicit
Sacerdos frangit hostiam. ut in fractione panis dominum recogno-
scamus. sicut isti duo discipuli cognoverunt: quibus dominus in die
resurrectionis apparuit in emans. Quare frangitur primo in
duas medietates. Rationale dicit. quod hoc fit propter duplicem pro-
destinatorum statum. scilicet eterne glorie. et temporalis presentis miserie.
Et quia duplex est miseria predestinatorum videlicet illorum qui
in hoc mundo caduco morbo vivunt. et illorum qui sunt in purga-
torio. Ideo una medietas subdividitur in duas partes. quarum
una sanctificatur pro predestinatis qui sunt in purgatorio. et al-
lia pro his qui adhuc in carne vivunt in hoc mundo. Et sic iste
tres partes designat tres partes corporis christi mystici. vide-
licet. ecclesiam triumphantem. ecclesiam militantem. et ecclesiam purga-

1207
toriam sustinentem vel portantem. Et sicut aliquos illa pars que in-
mergit designat beatos qui inebriantur dulcedine et uberrate do-
mus dei. Sicut alios vero significat eos fideles qui immeriti sunt
tribulationibus et passionibus presentis vite. unde versus. Costat
in altari carne de pane creati. Pars intincta vino pro vi-
vis sanctificat. Altera pro sanctis pars tertia pro redimendis. Alii ver-
sus. Corpus in partes christi divisio fit tres. Tincta dat vivis sicut
pars secunda supernis. Est donanda res. pars tertia vivifican-
dis. Pars est pro sanctis. pars est pro justificatione. Ista refert
grates supplicat illa deo. Sensus est talis. una pars significat
gratias actiones pro sanctis. altera orationem que est pro vivis
tertia propiciat deo que est pro defunctis. Sergius papa aliter dicit
Pars in calice missa corpus christi quod iam resurrexit signifi-
cat pars coacta figurat corpus adhuc ambulans super terram. ter-
cia in altari manens usque ad finem corpus christi factus in sepulcro
quod ad finem seculi corpora sanctorum in sepulcris erant. Inno. sic
dicit. una pars. ipsum scilicet christum caput significat. secunda pars signi-
ficat illos quorum corpora requiescunt in tumulis. et anime regnant cum
christo. et sunt ille domus que extra calicem reservant. quod christus iam est
impassibilis. et anime sanctorum sunt in loco ubi nec est luctus.
neque timor neque dolor. Tercia pars que in calicem ponitur sig-
nificat eos qui adhuc in passione existunt. ut ab hac vita migra-
tes ad caput suum transeant. ubi non morietur amplius. et nulla
tenus patient. Alii dicunt quod hoc fit propter tres personas divinas
in una essentia. Sicut tres sunt partes in divisione hostie et tamen
unus christus. Alii dicunt quod hoc significat tres status christi quibus
fuit mortalis. mortuus. et immortalis. Item propter tres aptu-
ras in corpore domini. scilicet manuum. pedum. et lateris. Item propter tres
christi substantias. scilicet divinitatis anime et corporis. Dubitat qua-
re sacerdos dicens alta voce. pro omnia secula seculorum parum
elevat calicem de altari. Ad hoc dicendum quod christus qui pro passio-
ne descenderat ad inferos pro resurrectione elevatus est a mor-
tuis. Tunc subiungit alta voce hec verba. Pax domini sit semper
vobiscum. ubi iuxta pro parte immergendam figurati sunt fideles
sub tribulationibus presentis vite agonizantes. quod sacerdos ad ta-
les sic loquitur. Pax domini sit semper vobiscum. hic pax pectoris in pre-
senti pro gratia. et pax quietis seu eternitatis in futuro pro gloria
Dubitatur quare alta voce pronunciat. Pax domini etc. Inno. Re-

resurrectionis gaudia non solum per signa insinuat sed etiam per
verba itimat et est exprimendum. Sacerdos ergo cum alta vo-
ce pronunciat pacem domini etc. insinuat quod una die sabbatorum venit
Iesus et stetit in medio discipulorum suorum. et dixit eis pacem vo-
bis Job. xx. Dubitatur quare facit ter signum crucis cum ho-
stia super calicem. Inno. dicit quod virtus trinitatis animam cru-
cifixi rediit ad carnem ne dereliqueret animam eius in inferno
nec carnem eius daret videre corruptoribus. vel Ideo quia tres mu-
lieres querebant crucifixum ad hostiam monumenti. vel significat
triduum per quod Christus fuit in sepulchro. vel quia pax queris in gloria
datur a tota trinitate virtute passionis Christi in cruce igitur cho-
rus respondet. et cum spiritu tuo. Quasi dicat. Tu nobis pacem optas.
et eadem pax cum spiritu tuo maneat quatenus toto spiritum divinis mi-
seris assistas. et spirituali gaudio plenus fias. quia Christus cum salutaris
sacerdos apostolos dedit eis potestatem remittere peccata dicens. Quorum
remiseritis peccata etc. Idcirco chorus clamatur et postulat ab
eo remissionem peccatorum dicens. Agnus dei qui tollis peccata mundi
etc. Sibi sciendum quod agnus dicitur ad agnum grece quod est pium latine
vel ab agnoscendo. quia agnus in toto grege solo balatum matrem
agnoscit. Christus autem in ara crucis patrem cognovit et matrem. Pa-
trem per obedientiam. matrem per curam. Ibi quoque per obtulit se pro nobis
Et Ideo in altaris immolatione ter dicitur. agnus dei. quod dicitur. agnus dei
qui agnovisti patrem miserere nobis. agnus dei qui agnovisti ma-
trem miserere nobis. pie qui redemisti mundum dona nobis pa-
cem. Porro sicut antiqua consuetudine romane ecclesie tribus
modis uniformiter dicitur miserere nobis: propter tria genera pecca-
torum que petimus nobis remitti. scilicet cogitatis. locutis. et operis
Cogitatis. in corde. locutis in ore. actis in opere. Postmodum
autem multis et variis adversitatibus et erroribus ecclesie igne-
tibus ad dominum cepit clamare dona nobis pacem. Et ut clamor
facilis exaudiret in ipsa immolationis hora dixit esse clamandum
Sergius papa instituit ut ante communicantes agnus dei a cho-
ro decantaret. Nota in missis defunctorum dicitur bis dona eis
requiem. et tercius dona eis requiem sempiternam. quia per fidelibus de-
functis triplex requies debet operari. Primo ut ab eis auferatur
pena in qua est labor et non requies et illa est eis requies pene. Se-
cundo ut eis gloria anime conferatur. qua habita veraciter requies-
cunt in bono desiderato. scilicet in spiritu deo Tercio ut donec gloria corpori

CLxxvii
scilicet post diem novissimum. ne ulterius illud miseris exponatur
Pria non est requies sempiterna. quia sublata pena sensus adhuc
desiderat gloriam. Secunda etiam non est tota requies quia ante resurre-
ctionem mortuorum sine corporum sicut beatus Augustinus. semper inest ani-
mabus quodam naturalis appetitus resumendi corpora. quo
aliqua modo retardatur ne totaliter feratur in deum. Sed tercius
requies est vera requies sempiterna. quia anime que deum partialiter vi-
det resumptis corporibus in spiritu ulterius eternaliter et perfectissime
requiescat. Ideoque in tercius vice et non in alijs congrue dicitur
requiem sempiternam. vel sicut alios quo ad primum petimus
eis liberatorem a pena seculi punire. quo ad secundum a consci-
entia liberatorem et verum mordere. quo ad tercius liberatorem ab
affectiva dilatione et collatione gratie sempiternae. Post hoc pa-
cis osculum sacerdos ministris porrigit. unde hoc pueniat Jobes
beletb. Inno. et rationale sic innuit. In primitiva ecclesia singu-
lis diebus que missae intererat communicari solebat. et per cresce-
te multitudine fidelium institutum fuit ut tantum diebus dominicis co-
municaret. et postquam hoc observari non potuit ordinatum fuit
quod tantum ter communicaretur. videlicet in natali. pasche. et pe-
thecostes. Invenio hoc remedio ut videlicet per eo quod singulis
diebus populus communicabat singulis diebus osculum pacis daret
et panis benedictus. Et quia in quadragesima singulis diebus panis
benedictus sumi non potuit saluo seipso institutum fuit. ut di-
ceret collecta super populum in fine cum diacono dicitur humilia-
te capita vestra deo. Sed quod designat illud osculum. Inno. dicit
postquam dominus oes salutavit apostolos iterum dixit. pacem vobis ostendens
nobis. ut non solum debemus habere pacem in ore. sed etiam in pe-
ctore. ne simus ex illis que loquuntur pacem cum primo suo. mala
autem in cordibus eorum. Et sic cum hoc dixisset insufflauit et ait. Ac-
cipite spiritum sanctum. Ad hoc designandum sacerdos dat ministro os-
culum pacis. Et quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per
spiritum sanctum que datur est nobis. Ideo pacis osculum per universos fi-
deles diffundit ab ecclesia. Alij dicunt pacis osculum antequam coi-
tamur porrigimus. et in hoc significamus quod ois amaritudo
cordis quam habet ad primum a nobis debet separari. quia si
ab invicem discordamus in corpore Christi non manemus. Teneamus
ergo pacem concordie et temporis cum primis. pacem pectoris in nobis/
metipsum. scilicet oes homines sinceris diligendo. ut pacem eternitatis co-

sequamur in celo adunate dno nostro ihu xpo. Itē populi
osculū pacis sumit. qz dñs sui grām ⁊ angeloz concordia p
mortē ejus pmeruisse gratulat. Itē signū pacis sibi invicē
dant vt ostendat se esse cōiūctos corpi xpi p que facta ē par
in celo ⁊ in terra. Itē vt caritatis vinculo cōnectantur. qz et
go odientes se invicem osculant. Jude pbitoris osculū imi/
tant. Rurs⁹ p̄iusq̄ cōmunicam⁹ osculū dam⁹ vt iter nos
concordiā esse ostendam⁹. ⁊ cū illa corp⁹ dñs sumam⁹. sine
qua munera nō acceptat a deo. Itē hoc fit ppter p̄ceptū
apostoli dicētis. Salutate vos invicē osculo sancto. de⁹ autē
pacis ⁊ dilectionis maneat semper cū omnibus vobis. Et
sciendū. qz in missa p defunctis in aliq̄bus ecclesijs nō datur
par. qz fideles anime iam cō sūt nec amplius erūt in tur/
batione huius mōdi. s; q̄scūt in dño. vnde eis nō est neces/
sariū pacis osculū. quod ē pacis ⁊ cōcordie signū. Et ergo
i rōnali dicit qz i missa p defunctis nō dicit illa orō dñe ihu
xpe q̄ dixisti aplis tuis pacē meā do vobis ⁊c. Post hoc mit/
tit p̄tem hostie in calicē dicēs illā orōnem sequētē.

b Et sacrosancta cōmixtio corpis ⁊ sanguinis dñs no/
stri ihu xpi sit michi ⁊ omnibus sumētibus sal⁹ mē/
tis ⁊ corpis ⁊ ad vitā eternā p̄merendā ⁊ capescen/
dam p̄paratio salutaris amen.

b Et ē quarta p̄ticia in qua ponit cōmixtionis ora/
tio. Et exponit sic. Hec sacrosancta cōmixtio sō est
sacrata ⁊ sacrificata unio. corpis ⁊ sanguinis dñi no/
stri ihu xpi sō ē species panis ⁊ vini sub q̄b⁹ cōtinet⁹ corp⁹
⁊ sanguis xpi sit michi sp̄ sacerdoti ⁊ omnibus sumētibus sp̄
sp̄ialiter salus mētis. i. anime ⁊ corpis. ⁊ ad vitā eternā p̄/
merendā ⁊ capescendā id ē possidendā p̄paratio id est dispositio
salutaris id ē salutifera amē. Nota cōmixtio illa significat
unionē carnis ⁊ anime in xpi resurrectione que de nouo i re/
surrectione sunt vnita. Nam vt p̄dictum ē panis ad corp⁹
⁊ vinū ⁊ ad animā referri debz. Illud autē sanē debz itelligi
quod sacerdos dicit cū eucharistiā mittit in calicē hec sacro/
santa cōmixtio ⁊c. quod vtiqz referendū ē ad sp̄s panis ⁊ vi/
ni sub q̄b⁹ corp⁹ xpi cōtinet⁹. Corp⁹ enī xpi nō ē sine sāgu/
ine nec sāguis sine corpe. ⁊ ido nō fit cōmixtio corpis ⁊ san/
guinis. qz idē sibi ipsi nō cōmiscet. s; bñ fit cōmixtio sp̄s

CLXXVIIII
tū. Mixtio enī est miscibiliū unio. vt dicit primo de gene/
ra. Nota qz i ista littera innunt duo. q̄ optat sacerdos sibi
⁊ omnibus sumētibus hoc sacramētū. videlicet salutē mētis
⁊ corpis. sc̄m scz p̄paratōez ad capiendū vitā eternā. In q̄b⁹
innunt duo effect⁹ hui⁹ sacramēti. quos cōsequitur digne cōfi/
ciēs ⁊ etiā sumēs hoc sacramētū eucharistie.

d Omne ihu xpe fili dei viui q̄ ex voluntate patris coop/
ante sp̄s sancto p mortē p̄p̄riā mōdū viuificasti li/
bera me queso p hoc sacrosanctū corp⁹ ⁊ sanguinez
tuū a cūctis iniquitatibus meis ⁊ ab vniuersis malis meis ⁊
fac me tuis semp obedire mōdati ⁊ a te nunq̄ imp̄petuū
separi p̄mittas. Qui cū eodē deo patre i vnitate ejusdē sp̄s
sancti viuis ⁊ regnas deus p omnia secula seculoz. Corpus
⁊ sanguis dñi nostri ihu xpi fiat nobis sal⁹ mētis ⁊ corpis
⁊ remissio oim peccatoz in vitā eternā amen.

o Ratio ista nō ē de essentia sp̄i canonis. ⁊ p̄p̄ hoc
diuersi diuersimode eā legūt ⁊ orāt. Sed vt s̄ lecta
est sciat qz in hac orōne tria petunt. scz a peccatis
liberatio. p̄ceptoz dei obediētia. ⁊ adeo nūq̄ imp̄petuū separō
Itē nota primo dicit ex voluntate patris. quoniam idiuisa sūt
opa trinitatis. Nota enī ⁊ indiuisa trinitas xpm tradidit
ad mortē ⁊ ad redimendū mundū. ⁊ vt tota natura humana
p xpm redimeret a morte pater filiū dedit. fili⁹ seip̄z obtu/
lit. sp̄s sanct⁹ accepit. Hinc ergo dicit apls. Christus p sp̄i/
ritū sanctū seip̄m obtulit deo patri hostiā immaculatā. sin/
guli tñ dederūt. acceperūt ⁊ obtulerūt. sed ad distinctōz pat/
dicit dedisse ppter autoritā. ē. fili⁹ obtulisse ppter hūanitatē
te sp̄s sanctus accepisse ppter benignitatē. Finito canone
sacerdos se applicat ad susceptōz sacrosanctę hostie. Quidā
enī sacerdotes de manu q̄daz de patena corpus xpi sumunt
qui de manu sumūt dico qz tutius agūt. quoniam digiti i ca/
lice postea lauant. q̄ autē de patena sumūt nisi lauet i calice
patenā negligētā cōmittūt. licet expositoies dicāt. qz hī q̄
corpus xpi in patena sumūt figurāt qz corp⁹ xpi i latitudine
caritatis sit accipiendū que designat p patenā. Nota post
illā orōez dñe ihu xpe ⁊c. celeriter dñs passionis memoria
habēda ē cū omī deuotōe ⁊ corde cōtito ⁊ conscia nō ficta.
post hoc corp⁹ xpi ⁊ sanguis sumenda sunt. in qua quidem

suppone non expedit fieri magna mora sed sacerdos breuiter
et reuerenter se expediat comunicando propter cordis distractio-
nem et metis euagationem ne inueteres cogitationes prouent deuo-
tio-
Ista eius figura preceptum fuit in lege. quod agnus paschalis
figurabat christum comedere festinater. Nota sacerdos in qui
busdam ecclesijs omnes partes hostie sumit. sed in aliquibus
vna pars in duas diuidit. quas ministris scilicet dyacono et sub
dyacono porrigit. et sic cum ministris comunicat. et per hoc insi-
nuat. quod christus post resurrectionem cum discipulis manducauit.
Quod autem vna pars accipit et reliquas ministris impedit insi-
nuat ut lucas euangelista commemorat. quod ihesus accipiens panem
fregit. et sumens reliqua porrigebat illis quorum cor ardens erat
in via. Nota summus pontifex non sic sumit eucharistiam sic sacer-
dos cuius vel alter episcopus. nec etiam summus pontifex statim pri-
culam hostie submittit in calicem. sed eam post tertium signaculum
crucis super patenam reponit. et post osculum pacis ad sedem ascen-
dit ibique consistens maiorem partem hostie suscipit de patena. quam
dyaconus sibi apportauerit de altari. quam dentibus suis diuisit
vnam partem calicem mittit. et aliam in calicem mittit. et de
calice cum calamo hauit. deinde alias duas particulas distribu-
it ministris. dyacono cum osculo. subdyacono sine osculo. et ipse
subdyacono residuum sanguinis in quem summus pontifex partem
miserit sumit. Romanus ergo pontifex sibi non comunicat ubi
fragit. sed in altari fragit. et in sede coecat. quod christus in emaus
post resurrectionem coram duobus discipulis fregit et non manduca-
uit. sed in iherosolima coram duodecim apostolis manducauit. Ascen-
dit ergo sedem sibi manducat et coecat. quod in ecclesia militante sum-
mus pontifex est caput et vicarius christi. et ipse in sublimiori loco com-
municat. Alia causa ystorialis a quibusdam redditur. scilicet dubia an sta-
sit. Fuit quidam papa nomine leo hereticus qui quando communicare debe-
bat misit occulte sacramentum in sinum. et ergo ne deiceps possit
talis fallacia committi papa in alio loco omnibus cernentibus man-
ducat et comunicat. Tamen in uo. dicitur quod ista ratione histo-
rica nunquam potuit in aliquo loco autentico iuenire. Post sumptum
eucharistie sacramentum sacerdos abluat digitos. et perfundit ne
aliquid incaute remaneat ex contactu diuinissimi sacramenti
Indignum quidem esset ut manus que incorruptibile corpus con-
tractauerunt corpus corruptibile attingat nisi prius studiose

1201 x
lauent. Trina ergo ablutio sacerdotis in principio in medio
et in fine misse designat. quod offert sacrificium salutare ad emun-
dationem cogitationis locutionis et actionis. vel ad purgationem pec-
cati originalis. criminalis. et venialis. vel istorum que aguntur per
ignorantiam. negligentiam. et industriam. Hec autem ablutio potest re-
ferri ad ablutioem baptismi. cuius formam christus tradidit post su-
am resurrectionem. Euntibus inquit in mundum uniuersum do-
cite omnes gentes qui crediderint et baptizati fuerint saluus
erit rationale dicit. Sane circa maiora tutius est agendum.
sacerdos ergo sumens sanguinem propter maiorem securitatem
et reuerentiam calicem cum utraque manu tenere debet. sed in per-
fusionis sumptione sufficit altera tantum duobus digitis alterius ma-
nus adjunctis. quasi per hoc innuans sanguinem sibi non esse
sed sumendo sanguinem ter hauit. ad designandum trinitatem
Per fusionem vero bis per hoc designas caritatem que inter duos con-
sistit. Et post sumptum sacramentum non est statim spuendum si
comodosse absque violentia nature fieri potest. Sed post horam
conuenienter spueri potest in loco cooperenti. ubi sputum neque pe-
dibus calcari. Si quod est spiritualis omnia iudicat et a nemine iu-
dicat. et hostia non sicut alius cibus corporalis est masticanda sed
discretis et moderate ac leniter dentibus anterioribus teren-
da. et lingua mollificanda. ne aliqua particula dentibus adhe-
reat. quam postea emittis creando contingat. Finita preceptione
corporis et sanguinis christi antiphona sequitur que post comunio-
nem cocinitur. que coiter comunio vocatur. quod tempore comunica-
tionis fidelium vel modicum post comunicationem cantat. et illa re-
presentat gaudium apostolorum de christi resurrectione. scilicet illud quod legi-
tur. gauisi sunt discipuli viso domino. et per gaudium mirabantur.
Quod autem in aliquibus ecclesijs recipiendo canit insinuat. quod apostoli
resurrectionis gaudium sibi inuicem mutuo nunciabant. Hec est
ergo dies quam fecit dominus. exultemus et letemur in ea. Alij di-
cunt sicut itroitus misse significat. ichoatibus boni operis. ita com-
munio consumationem laudabilis finis. Nam que digne uolunt eu-
charistiam sumere et comunicare debet usque in finem sine intermis-
sione laudare deum. sicut dicit apostolus. Sine intermissione ora-
te. et ps. Benedicite dominum in omni tempore. Et alibi Sit nomen domini ben-
dictum. Hunc sensum ragit oratio ultima que completa dicitur. quod ipsa
est completum officij missalis. et perfectionem seu consumationem

boni opis representat. Alij dicit qd comunio dicit ad gra-
actiones p hostia nobis transmissa & in eduliu pposita. vel
szm alios comunio significat huius sacre comunionis & pce-
ptionis sacramenti fructu. qd ab electis obtinebit du munda
cosumabit. quo fructu dabit eis exultatio & leticia. iuxta il-
lud ps. Exultabunt sancti in gloria. & pascunt edulio absqz
paccio comutatiois ipso ppinare inuitate & pponete qd dicit.
Et ego dispono vobis regnu. Post hoc iam in fine misse sa-
cerdos se trasset ad dexteram prem altaris. & hoc ideo qz cul-
tus fidei primo fuit in populo iudaico. post hoc trassit ad
gentes. i fine vero vel circa fine itez reuertit ad iudeos ad p-
dicatoez enoch & helie. qd conuertit corda patz ad filios. quo-
nia i dieb illis saluabit iura. & reliqe israhel salue fiet. Sz
hoc no videt placere innocetio qd dicit qd xps no predicauit
gentilibz sz iudeis. & sacerdos pnucians euangeliz gerit xpi
psona. videt qd ipsa sinistra ps altaris no representat gerti-
les. Ergo ipse dicit sic ea q sunt leta p dexteram prez alta-
ris designant. p sinistra vero ea que sunt tristia & aduersa.
qz ergo sacerdos i principio misse gaudiu dnice incarnatio-
nis & natiuitatis ondit. iocundo pnu ad dexteram pre altaris
accedit. deinde ad sinistra conuertit. vt tristitia passionis illi
nuer. Sz itez redit ad dexteram vt gaudiu dnice resurrectiois
& ascensionis annunciet. Tunc dicit ordes debet multiplicari
de causa supius dicta est. Et hec ordes debet multiplicari
equaliter collectis an epistolam pnuciat. Hec oro qua sacer-
dos pmitredo salutatoez. exequitur euentis vel extesis ma-
nibus. significat illa bndictione szm inno. qua xps ascensu-
rus in celu euentis manibus legit dedisse discipulis. Na vt
lucas comemorat. Eduxit eos foras in bethania. & euentis
manibus bndixit eis. & ferebatur i celu luc. vltio. Post
illas ordes pndit salutatoz nouissima qua facta dyacon? vel
sacerdos alta voce pnuciat Ite missa est Representans illud
quod dictu est apostolis viri galilei quid statis aspicientes i
celum. sedere in ciuitate. quoadusqz induamini virtute ex
alto. Chorus aut qd in gratulando rndet deo gras. imitatur
aplos qd adorates regressi sunt in iherusalē cu magno gau-
dio. & erat sp i teplo laudates & bndicetes deo. Per hoc qd sa-
cerdos vel dyacon? dicit. Ite missa est dat licentia eadi pplo

ad ppria. vt sic sensus iste. Ite ad propria missa est finita. vel
hostia salutaris deo patri pro nobis missa est. vel vestra de
uotio missa est ecbereis sedibus misterio sacroz angeloz. Sz
ronale sic exponit. Ite post xpm & sequimini ipm. Mo eniz
est in hoc mudo standu. sed ad patriam per bona opa e festina-
duz. Quod leniter facere possumus. qz hostia missa e ad deu
patre placandu p qua fracta sut carra: & paradisi. ianna rese-
rata. In concilio aurelianense statuit qd cu ad celebrandas mis-
sas populus xpianus. in dei noie conuenit. no ante discedat
q. misse solentias copleatur. & donec pronuciatu sic Ite mis-
sa est. Et sic in hoc loco missa bene dicitur a mittere. quia
tuc vnusqzqz fidelis ad ppria ire dimittitur. Ite sciendu tri-
pliciter missa clauditur seu cosluditur. s. p Ite missa est. per
bndicam? dno & p reqdesat in pace. In diebus eni festiuis: &
generaliter qn catatur gloria in excelsis deo. & in maturis
te deu laudam? cosluditur cu Ite missa est. Et huius ro est
quia in diebus istis populus in primitiua ecclesia ad ecclesi-
am cosluebat: & quia tenebatur expectare fine misse. & nesci-
ebat qn esset finis: minister vertebat facie ad eos das eis li-
cetiam recedendi. Sed in diebus pfectis & in ferijs: quib? no
cantatur gloria in excelsis: missa cosluditur cu benedicam?
dno. quia tuc ministri & sacerdotes: quail soli sine populo:
in primitiua ecclesia missas dixerunt Ideo iuxta more anti-
qua dicim? istis diebus bndicam? dno: specialiter i ieiunio
& in aduentu dni. missa clauditur cu bndicamus dno etiam
dnicis diebus: ad denotandu qd si semper dno benedicendum
sit. multo magis hoc opere facere debemus. Hec ronale. Sz
quia semp debemus manere in gratiaru actione. chorus re-
spondet vniformiter. deo gratias. Et sic quando dicitur con-
cludendo missa. benedicam? domio. p hoc populus ad grati-
arua adoes inuitatur. eo qd post oia bona pacta deo debemus
regratiari & euz laudare: szm dictu apli. Gratias agere. sine
intermissione orate. Et quando sacerdos vel dyacon? dicit
Ite missa est. tuc in pluribus ecclesijs facie vertit ad popu-
lum. Et ronabiliter. quia ad eos quos pntes licentiam?
sermonē dirigimus. & eis ad quos sermonē dirigimus facie
psentare solemus. Sed dicendo benedicamus domio. no disti-
cte alloquitur populu. sicut cu dicit Ite missa est. sed ia se co-

numerat. et ideo facie vertit ad orientem. ut vero orienti ex alto qui illuminat omnem hominem gratias referamus. Sed missae defectorum clauditur per requiescat in pace. Eius enim per totius officii optatur requies: praecipue in principio. ut ergo finis correspondeat principio missae clauditur per requiescat in pace et tunc respondetur amen. fiat. Isto facto sacerdos novissimam facit benedictionem super populum. et haec designat spiritus sancti missionem in discipulos quem dominus de celo misit in eos iuxta quod ipse promisit. Accipietis inquit virtutem supervenientis spiritus sancti in vos: Sicut enim spiritus sanctus in nomine totius trinitatis mittitur. eo quod opera sanctae trinitatis indivisa sunt. Ita et sacerdos istam benedictionem facit in nomine individuae trinitatis dicens Benedicat et custodiat vos divina maiestas. pater et filius: et spiritus sanctus. et virtus et gratia benedictionis eiusdem sanctae trinitatis. et consolatio almi spiritus super populum descendat et semper maneat. Haec enim benedictio: per verbum oris et signum crucis exprimitur. quia ista missio sancti spiritus per sonum vehementis aeris: a caelis et per linguas igneas intonuit. Unde legitur act. 2. Factus est repente de caelo sonus. Et subdit. Et apparuerunt illis desuper dispartite lingue etc. In qua benedictione finis habetur missae. Haec finis missae finem designat mundi. in quo electi dei libertatem habebunt: et deum semper benedicent. et ipse deus ipse benedicet et populo suo in pace. Item quod promissorum suorum tenet forma: quam separabit bonos a malis. quasi agnos ab ovis. Et dicit bonis. Venite benedicti patris mei. possidete vos. Tunc enim iusti ad claritatis gloriam perducuntur et fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Sicut enim super eos effulgebit benedictio domini. Malis vero dicitur. Ite vos missa est mala et intollerabilis sententia. Ite maledicti in ignem eternum. ut dicitur Mat. 25. Deinde sacerdos inclinans caput ad altare dicit. Placeat tibi sancta trinitas etc. osculans altare: sequi signo crucis signans. ut illibata fides eorum ipsius et mentem semper possideat. et animus minuat usque ad obtentum vite perbenis. in qua fidelis anima sociabitur deo in osculo salvatari. in coniunctione inseparabili. in caritate christi. quando videbimus ipsum sicuti est: regem in decore suo. quando illum cognoscemus: sicuti et cogniti sumus: cum penitus evacuabitur omne quod ex parte est. quoniam tunc ve-

1001
 nient quod perfectum est. Ubi quicquid vis ad nutum adest. quicquid non vis procul deest. ubi erit status omnium aggregatorum bonorum perfectus. In quo ipse finis erit nostrorum desideriorum. qui sine fine videbitur et sine fastidio amabitur. et sine fatigatione laudabitur. A laude ergo quia incepimus. in laude quoque terminemus: ut in eternum laudemus eum. Qui vivit et regnat in secula seculorum deus Amen.

Sequitur registrum et ordo tractatum et capitulorum huius libri: qui in duos libros priores divisus est

Libri primus est de quibusdam praedictis et disponendis ad dominum et corporis christi tractationem et sumptionem et de ipso sacramento in se et in generali et habet quatuordecim tractatus

Tractatus primus est de studio sacrae scripture. et habet sex capitula. Capitulum primum enarrat quare sacra scriptura servetur sic servanda.

Secundum declarat quot et quomodo in se habere debeat lector sacrae scripture. folio ij

Tertium propter quem finem sacra scriptura sit addiscenda. folio iij
 Quartum quot modis contingat peccare studendo sacrae scripturam vel aliam scientiam. folio iij

Quintum de modo studendi sacrae scripturam. folio vj
 Sextum quot modis sacra scriptura exponatur. folio vij

Tractatus secundus est de sacramento eucharistie in generali et habet quatuordecim capitula.

Primum cap. in quibus sacramentum eucharistie in veteri lege sit figuratum. viij
Secundum a quo et quare hoc sacramentum sit institutum. ix
Tertium quoniam hoc sacramentum sit institutum. x
Quartum de dignitate huius sacramenti. xi
Quintum de necessitate huius sacramenti. xii
Sextum de diversis nominibus huius sacramenti. xiii
Septimum de modo sumendi hoc sacramentum. xiiii
Octavum que sint signa per que coniecturari possimus nos esse dignos ad hoc sacramentum percipiendum. xv
Nonum de utilitatibus quas consequuntur digne sumentes hoc sacramentum. xvi
Decimum de dampnis que consequuntur indigne sumentes. xvii
Undecimum quot modis hoc sacramentum sumatur. xviii
Duodecimum an peccata venialia impedire possint effectum huius sacramenti in sumente. xix
Tertiodecimum an propter nocturnalem pollutionem communio sit premissenda. xx
Quartodecimum an melius sit sacramentum hoc frequenter accipere quam rarius. xxi

Tractatus tertius est de ministro sacramenti eucharistie et habet. viij. capitula.

Primum capitulum de conditionibus requisitis ad debitum ministerium huius sacramenti. xxiij
Secundum de diversis nominibus sacerdotum in canone biblicis expressis. xxiiii
Tertium de eorum dignitate et excellentia. xxv
Quartum de ipsorum honestate et clericali decetia. xxvi
Quintum de ipsorum castitate. xxvii
Sextum de clericali tonsura. xxviii
Septimum quomodo sacerdos se debeat ad missam preparare. xxix
Octavum de indigne confitentibus et sumentibus corpus christi. xxx

Tractatus quartus In quo quedam in speciali de missa declarantur habet. xvij. capitula.

Primum capitulum quot modis missa dicitur quomodo dicitur dicitur et unde dicitur. xxxiij
Secundum qualiter missa sit celebranda. xxxiiii
Tertium de prolatione missae. xxxv
Quartum quare missa quotidie celebratur et tamen christus semel passus sit. xxxvi
Quintum an liceat sacerdoti in aliquo casu bis celebrare in uno die. xxxvii
Sextum an missa boni sacerdotis melior sit quam missa mali sacerdotis. xxxviii
Septimum quare missa libenter sit audienda. xxxix
Octavum qualiter missa sit audienda. xl
Nonum quare sacrificium missae versus orientem offertur et deo sit ubique. xli
Decimum qualiter a sacerdote in missa adorandum sit deus et quare et qualiter suas orationes pronuntiare debet. xlii
Undecimum quot modis missa paginetur et de eadem quo missa solemnizatur. xliii
Duodecimum de diversitate officii abrosiani et gregoriani. xliiiii
Tertiodecimum de hora celebrationis missae. xlv
Quartodecimum de prima institutione missae et a quibus missa secundum huiusmodi ritum est ordinata. xlvi
Quintodecimum de provida ordinatione missae et in quibus consistit. xlvii
Sextodecimum de retentione legalis sacrificii ad sacrificium missae. xlviii
Decimaseptimum quare dies sabbati cessat beato virgini in specialis commemoratione et qualiter officia missae distinguuntur secundum aliquas terrarum consuetudines iuxta numerum dierum in ebdomada. xlix
Tractatus quintus de vestimentorum decetia multiplicitate et instrumentorum concurrentium multiformitate pertractabit et habet duo capitula.

Primum cap. de indumentis et ornamentis sacerdotalibus. l
Secundum de instrumentis ad officium missae ordinatis. li

Secundus liber est de perficientibus hoc sacramentum et de peri-

culis circa ipsam contingentibus et dividitur in tres tractatus

Tractatus primus est de prima parte missae: scilicet de parte preparatoria et habet .xj. capitula.

- Capitulum primum de debita dispositione et preparatione ministri .xlj.
- Secundum de allegorica et tropologica significatione introitus .l.
- Tertium de laude sancte trinitatis .s. gloria patri. .lxi.
- Quartum de accessu altaris .lxii.
- Quintum de osculo altaris et signo sancte crucis. .lv.
- Sextum de translatione ad dexteram partem altaris et de libri aspergione. .lvj.
- Septimum de kireleyson .lvj.
- Octavum de cantu angelico .s. gloria in excelsis deo: et eius expositione. Et quare in missa beate virginis interponitur ista tropica .s. Spiritus et alme etc. .lvij.
- Nonum quare non semper cantatur Gloria in excelsis. .lxv.
- Decimum de salutatione sacerdotis .s. dominus vobiscum et de collectione. .lxvij.
- Undecimum de numero collectarum et de conclusione eorumdem. .lxvij.

Tractatus secundus est de secunda parte missae .s. de parte instructoria et habet septem capitula.

- Primum capitulum de epistola: .lxxj.
- Secundum de graduali. .lxxv.
- Tertium de alleluia. .lxxv.
- Quartum de tractu vel tractibus. .lxxj.
- Quintum de prosis seu sequentiis. .lxxv.
- Sextum de evangelio. .lxxv.
- Septimum de symbolo et eius expositione .lxxvj.

Tractatus tertius est de tertia parte missae .s. de parte oblatoria que precedit ipsam preparationem et dividitur in quinque capitula

Primum capitulum subdividitur in sex partes.

Prima de salutatione que premititur offertorio et de ipso of

- fertorio. .lxxvj.
- Secunda de oblatione presentatione Ibi suscipe sancta trinitas. .lxxv.
- Tercia de altaris purificatione. .lxxv.
- Quarta de manuum ablutione. .lxxv.
- Quinta de cordis humilitate ibi. In spiritu humilitatis .lxxv.
- Sexta de oratione secreta. .lxxv.

Secundum capitulum subdividitur in duas partes.

- Prima de prefatione in generali et eius expositione. .lxxv.
- Secunda de numero spatialium prefationum et earum expositionibus. .lxxv.

Tertium capitulum est de Canone et habet duas partes.

- Prima de ritu quem debet habere sacerdos legendo canonem Et de nominibus canonis. Et de modo legendi Et quare secreta leguntur. .lxxv. c. et cii.
- Secunda de divisione canonis in quinque partes. In quarum prima ponuntur orationes et obsecrationes pro ecclesia sancta et congregatione fidelium in generali et pro aliquibus in speciali Et invocationes pro suffragiis sanctorum .lxxv. vsq. cxv.
- In secunda implorat dei patris benigna placatio. .cxv.
- In tertia ponuntur verba ipsarum consecrationum efficiencia .cxv.
- In quarta tractatur de consecrationum memoratone .cxv.
- In quinta oratur pro refrigerio et gloria mortuorum. .clij.

Quartum capitulum est de dominica oratione et eius expositione. .clx.

Quintum capitulum est de gratiarum actione siue de laudibus et sine missa. .clxx.

Laus Deo.

I-39

HUGO DE PRATO FLORIDO

Sermones de tempore super Evangelia et
Epistolas. /Lugduni.- Johannes Carcan.-
c. 1486/

319 fol.- 8 hoj. (1).- Faltan

L. gót.- 47 lin.- 2 col.

H.C. 9001, Cap. III, p. 460

(1) Faltan hoj.

R. 21485

I-40

NICOLAUS DE AUSMO

Supplementum Summae Pisanellae. Vene-
ti.- Franciscus /Rennes/ de Hailbrunn et
Nicolaus de Francifordia.- 1474.

313 hoj.- Fol.

L. gót.- 2 tam.- 2 col.- 47-48 lin.- Inic.
min.

H.C. 2153

R. 21486

I-41

GRUNER, Vincentius

Expositio officii Missae sacrique cano-
nis. /Caesaraugustae.- Paulus Hurus et
Johannes Planck.- c. 1479-84/

174 fol.- Fol.

Haebler, 306

R. 21376